This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/


615
P23 L.

615
P

DE MINORATIONE FACIENDA

OPVSCVLVM

Le Bignon. Par.

LVDOVICI PANIZAE
MANTVANI

QVO NEC PERFECTIVS, NEC ELABORATIVS VLLVM quidem reperiri facile eſt.

UNIVERSIDAD CENTRAL
BIBLIOTECA
DE LA FAC. DE MEDICINA



VENETIIS
Apud Ioan. Franciſcum Camocium, Ad ſignum Piramidis.
M D LXI

ILLVSTRISSIMO ACREVEREN-diſſimo Herculi Gonzagæ Cardinali Ampliſſimo Domino. D. S. colendiſſimo Ludouicus Paniza.

S. P. D.

q Voniam bonarum ſemper diſciplinarum ſtudioſiſſimus fuiſti, philoſophiæ potiſſimũ, ac eius annexæ medicę facultatis optimus fautor, & iure quidem, tum quòd ex diuino illo habitu ortũ trahens, animum perficiat, tum quód ex eius proprio inſtituto mortalium corpora probè conſeruet Illuſtriſſime Ac Reuerendiſſime Princeps, quamobrem de quàm plurimis huius artis problematibus tibi uerba ſæpius facere cõtigit, De hac præſertim eſſentiali ãbiguitate, quæ noſtra tẽpeſtate inualuit, Quæ á neotericis aduerſus Auicennã authorẽ grauiſſimũ excitata fuit de euacuatione (quã minorantem dicunt) in morborũ principijs demoliẽda; Placuit mihi hac in re certũ meũ (ad amicorum gratiam) nunc elaborare cõmentarium, atq; illud ad tuam undiq; fulgentiſſimam lucernam mittere. Quod non una quippe factũ eſt ratione, ut me non minus tui ſtudioſum primum uideres, quàm maiores mei in tui Illuſtriſſimos fuerint, præſertim Nicolaus Paniza; qui quâm inuoluendis utriuſq; iuris authoribus largê ſe preſtauerit, poematumq; cum eius adiectis animi probitate, ac fide, lectione fuerit delectatus, uariaq; dehinc eruditione refertũ fuiſſe equidem per Marium Philelphum facundiſſimum poetam non nullosq; alios ne iniuria quidem oppido cõmendatum habemus. Qui planè Nicolaus (ut dicam) quàm apêrtiſſimè Illuſtriſſimi Ludouici Gonzagæ non ſine laudibus commemorandi attaui tui bene geſta, & eius uirtutes efferre non parua carminum ope nixus fuit. Demũ ut ſi alioquin ſentires quàm nos, ne aliquando tibi, quem tantum diligo ac ueneror, in primis noceres, Aut tua quæ Magna eſt authoritas alijs officeret: Te igitur monitum eſſem uelim, noſtris his temporibns complures uiros admodum doctos de hoc compendia feciſſe, Sed planè qui ad ſubſtantiæ medullam appropinquauerit, adhuc uidi neminem. Verum quum in tantorum Illuſtrium cætu me nunc contulerim, omnibus

ad

ad certam metam ſagitas dirrigentibus, an quæ ex noſtra baliſta (qualiscunq; ſit) emiſſa fuit ſcopum probè attigerit, uel longè potius deerauerit, tuo recto ac ſapientiſſimo iudicio relinquere decreui. Id quod ſi tibi clementiſſimo ac Principi iuſtiſsimo gratum feciſse intellexero, me ad communem utilitatē aſſumpti laboris locupletiſſimum fructum colligiſſe putabo. Sin minus, meam poſt hac mineruam caſtigabo, ſuiq; tam prompti ac lubrici curſus habenas contrahere conabor. Vale Princeps ampliſſime ac iuſtiſsime.

LVDOVICI PANIZZAE DE MINORATIONE OPVSCVLI.

PROLOGVS.

ecens quippè & admodum uulgata inter medicos diſceptatio orta eſt, de ea ſclilicet euacuatione per initia morborum agenda, quam ex re ipſa, quòd materiæ partem tollat, Minoratiuam, ſicut contra, quæ uniuerſam abſumit Eradicatiuam uocarunt, ut ad tollendam nominum confuſionem uera adſit notitia. An ſcilicet inchoantibus morbis omnino pręmittenda ſit (ut ſapientioribus uiſum eſt) an potius propter opinatum quoddam melius, pro quorundam iudicio ableganda ſit: Ex qua re non leues quidem ſed mortiferos frequenter errores eueniſſe uidimus. Verum enimuero ne eius rei ignorantia, ſiue malitia potius in hominum perniciem amplius ſęuiat, & uertatur, hoc nimirum quæſitũ noſtris pro viribus ad præſens ita examinare tentabimus, ut ne minimi quidem momenti dubium relinquatur. Illam uero nos maxime partem tuebimur, quæ humorum illud genus quod plerunque medico occurrit, quodq; per medicamenta curari expoſtulat, inchoáte morbo per Minoratiuam euacuationẽ tolli omnino debere cõtendit: Cuius planè inſtituti noſtri ſic habita intelligentia, rationes ꝑ vtraq; parte explicare conabimur: Quibus poſitis Auicennæ authoris grauiſſimi doctrinam exponemus: Mox veterũ dicta, quæ vſque huc (ni fallor) latuere, perq; multos nugatorios ſermones inuoluta fuerunt, clara perſpicuaq; reddemus, oſtendemusq;, quàm qui nobis aduerſantur maiorũ noſtrorũ ſententiam lõge prætererint, & vt falſum deinceps ſuſtinerẽt, quàm in phreniticas imaginationes inciderint. At contra nos ex veterum monumentis veritatem excerpimus, quam ſané rationibus tum per cauſas, tum per effectus procedentibus, & ipſo prætera quotidiano uſu approbabimus. Aduerſas rationes diluemus: Quibus peractis, poſtremo quibuſdã per compoſitionẽ habitis enũciatis, ab eſſentiali quapiam diuiſione collectis, quæ duo planè ad res venandas nobis admodũ opportuna ſunt (authore phyloſopho) vniuerſam rei ſummam manifeſtabimus. Tandẽ diuiſione lineis deſignata operi finem imponemus.

DV-

DVBITATIO.

Caput primũ, in quo primę ſectę ſunt rationes.

in hac ergo ſanè dubitatione duas principes eſſe oppoſitas ſectas cernimus, quarum prima, quoniam ad Galeni mentem loqui arbitratur, Galenicam ſe vocat, oppoſita vero ſe Auicenicam appellat. Hæc autem prima, quanquam in eius tutelam complures rationes proponat, nos tamen ex euidentioribus duas dũtaxat adducere curauimus. Prima ex Hippocratis & Galeni authoritate conſtat, qui aphoriſmorũ prima uigeſimo ſecundo commento inquiunt, Concocta medicari, & mouere non cruda, nec in principio, niſi turgeant, ſed magna ex parte non turgent: Secunda & ab eiſdem ſumpta hæc eſt. materia tunc mouenda non eſt, quando incocta fuerit, ſed in principio incocta exiſtit, ergo in principio mouenda non eſt. Huius rationis prima propoſitio præter id quod in prædicto aphoriſmo continetur, euidentiſſima etiam ratione probatur. Ars enim ea tentare non debet, quæ ei poſſibilia non ſunt, nec ea quorum iuuamentũ à nocumento ſuperatur, ſed incocta (ut inquit Galenus in libro de cõſtitutione Artis medicę) ea ſunt, quę aut nimia craſſitie, aut nimia tenuitate peccant; Cuiuslibet nanq; harũ qualitatũ humor particeps fuerit, is ſtatim rebellis efficitur, & euacuationi ipſi nõ conſentiens. Itẽ quũ medicus ſic incõgruè euacuare ſtudet, magna hercle (vt inquit Hippocrates in libro de humoribus, & Auicẽna libri quarti prima) naturę uiolẽtia infertur, humores conturbantur, malum bono miſcetur, uirtusq; ipſa inutiliter prorſus laxatur, ut ne dum morbum ſuperare, ſed nec eius cauſã cõcoquere, eãdemq; educere deinceps nõ poſſit. In quo equidẽ Hippocrates, Galenus, & Auicẽna conuenerũt. Quamobrem ex hoc Minorationis auxilio inter initia adhibito, maior utique ſuccedit noxa, quám utilitas, iccirco nullo tentandum eſt modo: Secunda uero eius propoſitio, ex commento xxix. ſecundæ ſectionis clarè habetur, Vbi Galenus inquit, coctionem in principio minime exiſtere, ſed dũtaxat dũ morbus conſtiterit, ergo tota nimirum iſthæc ratio ex ducũ noſtrorũ illuſtriũ viſceribus effluxit.

Caput ſecundum, in quo ſecundę ſectæ rationes ſunt.

o ppoſita uero ſecta cuius ducem Auicennam faciunt, inquit, quod materiales morbi ab eorum auſpicatu Minoratione primū tractandi ſunt, & planè duplici ex cauſa, tū finis intenti ratione, tum ꝑpter operādi modum, qui incongruè tentatus non ad deſideratum, ſed ad oppoſitum terminum potius conducit. Ratione inquam finis primum, quoniam medici propriū inſtitutū eſt, morbū deſtruere, ut tertio methodi dixit Galenus; At hoc fieri nō poteſt, niſi humores propriaſq; cauſas remoueat, qui ſanè à corpore diuelli nequeūt, niſi prius coquantur, quos deinde ſi natura probè confectos integrè expellit, medicamenti purgantis ope nequaquā indiget, ſin autē uel non expellit, uel diminutè, duobus inquit Galenus xxii. commento aphoriſmorum primę ſectionis efficientibus morbus egere uidetur, Natura primum ſecernente atquè expellente, mox pharmaco per eius inditam proprietatē attrahente; uerum quia huiuſmodi coctio male ac tarde euenire poſſet, ex qua mora in materia putrefacta noua aliqua prauitas ſuperuenire poſſet, amplius ex prolixo nimiū labore uirtutis robur exoleſcere poſſet, atquè ex ſalubri fortaſſis tēpore ad inſalubre perduceretur, vnde laborantis interitus parari poſſet, iccirco vt melius, ac celerius coctio eueniat, Minoratio prius omnino facienda eſt.

Quam ſententiam ab Hippocrate Aphoriſmo xxix. ſecundæ colligimus inibi, Quum morbi incipiunt, ſi quid videtur mouendum moue &c. quo in loco Galenus inquit, Quū morbus cōſiſtit, tunc maxime coctiones fiunt, vt in libro de Criſibus monſtrauimus, quæ vt citius eueniant, circa principia melius eſt euacuare: hanc vero Minorationem fieri poſſe altero duorum modorū ſcilicet per ſanguinis miſſionem, & per medicamentum purgans, ipſe huius opinionis maximus fautor pauló ſuperius prædixerat. Addens nihil horum adhiberi opportere, iam conſiſtente morbo. Circa quam aphoriſticam ſententiam tum Hippocratis tum Galeni plura quidem (ut mihi videtur) conſideranda veniunt, primum, quod de Hippocrate in cognitione ipſius Minorationis in morborum curatione pręmittendę quiſpiam dicere poſſet, ipſum nimirum eam à longe vidiſſe, & veluti per diuinationem nouiſſe, eapropter dixit, Quum morbi incipiunt, ſi quid videtur mouendū moue &c. At illi poſterior Galenus, eam cōminus inſpexit, quā normam deinde poſterioribus ſuadens ſuæ quoque perſuaſionis cau-

ſam docere uoluit, quã Hippocrates dimiſerat, cur ſcilicet per initia morbi materia mouenda ſit, inquiens, quò minore iã facta materia, natura facilius reliquũ concoquere poſſit. Quid clarius dicere potuiſſet? Profectò non parũ admirari valeo, unde contentioſi quidam uiri extraxerint Auicenam Minorarionem uoluiſſe, Galenum vero minime, niſi ipſum quem ſanè colunt, & cuius ſe ſolos arcana inſpexiſſe prędicant, ſibi non conſtare crediderint. Prętereа & aliud conſiderandum, nam quum ab Hippocrate & Galeno per ea quę in prima & ſecunda aphoriſmorum dixere, habitum ſit, quid nam circa plenitudinem & inanitionem agendũ ſit, quod eſt dicere, circa exceſſum tum abundantię, tum defectus, quę ſanè (ut cauſę uniuerſales) morbos gignunt; item quemadmodum per dietę ſubtiliationem, aut omnimoda ciborum ſubtractionem tollantur morbi; prętér hęc, quæ nam circa noxios à corpore cũ medicamentis expellendos humores cõdictiones ſeruandę ſint, Vtpote quód non crudi, ſed maturi eſſe debeant; rurſus quę uiarũ ac meatuum corporis habenda ſit ratio, ut quód nõ impacti, ſed peruii ac fluxiles eſſe debeant; Nũc modo conſequenter in pręſenti edocet aphoriſmo, quę nam circa morbi tempora nobis euacuantibus aut euacuationẽ dimittentibus ratio nõ minus ſeruanda ſit, Et duo ueluti extrema Hippocrates exprimens tempora, tertium inter hęc compræhenſum (ut artificioſiſſimus erat) in aphoriſtico ſermone mira breuitate gaudens, ueluti p nutum monſtrauit; quę autem expreſſit, fuere principium, & illud in quo diſpoſitio iam ipſa conſiſtit tempus, dicitq; quód inchoantibus morbis ſi quid medico uideatur mouendũ, moueat, quoniam in ſtatu ab huiuſmodi motione abſiſtere melius eſt, Quum medicus per initia mouendi facultatem habeat. Alio uero tempore puta ſtatus, eam non habeat, ergo in eo quod eſt medium inter hæc, puta in augmento, medio ſe ſe habebit modo, nẽpe tunc mouere poterit, ubi ſcilicet in principio nõ mouiſſet, ſed non ita audacter ut in principio, propterea quód eo tempore uirtus nõ ęque fortis ſit, natura magis occupata, accidentia uero ſeu caſus omnes grauiores ſunt quám in principio, quo fit, ut non ita confidenter mouendum ſit, ſed nec ita abſtinendum ſicut in ſtatu, & hæc planè de augmento doctrina tenenda eſt. Quam duntaxat conniuendo tradere uoluit, ſecus enim inſufficientię plurimũ accuſandus fuiſſet. At hic obiter unum mihi occurit, quod reticere nequeo; Quum hac in re de humorum Minoratione ueritas ipſa

tũ Hippocratis

Hic ex Hippocrate colligi poteſt tēpus ipſū propriū ſui habere indicationē, minusq; aut alimenti, aut medicamēti quātitate uel qualitate includi.

tum Hippocratis breuitate, Tū aduerſariorum inuolutionibus obſcurata prorſusq; obruta uideatur, nempe ut paulò ſuperius diximus, Hippocrati negocium ſupererat, De temporibus doctrinam tradere (quatenus tempora ſunt) non ut in hac uel illa materia, ſed ſimpliciter, eapropter hic formales (ut aiunt) tradit normas, dicitq; in morbi ſtatu non eſſe mouendum; atqui ſi per hos contentioſos non mouendum ſit, etiam in principio, ergo nequè mouendum erit in augmento, ſi ille quidem fuit & Hippocratis & Galeni ſenſus: Huius hercle rei euidentia eſt, quoniam quando extrema unius ſunt formæ, uniusq; penitus rationis, medium quoque illius eſſe conditionis exiſtimandum eſt, quod ſi ſecus contingere poſſet, nempè quòd extrema unius eſſent naturæ ac unius rationis, medium uero diuerſæ, non ne ſubterfugientes Hippocrates & Galenus non diſtinctam de medio tradentes notitiam, quinimmo cum ſcientia extremorum duntaxat pertranſeuntes, iure merito accuſandi eſſent? At nos ſanè ueritatem exponentes, uidelicet quòd in principio ſit mouendū, & in ſtatu non ſit mouendum, facile intelligere poſſumus, quonam calle in hoc tempore medio procedere debeamus, ex quo etiam nobis manifeſta apparet Hippocratis cū breuitate prudentia, ac eius ſufficientia: Neque nobis aliquis hic obuiādo dicat, duo hæc extrema nominata tempora unius prorſus non eſſe rationis, quoniam in ſtatu quidem mouendum non eſt, ſed in principio quando ſcilicet materia turgens fuerit, tunc mouendum; hoc enim nihil eſt, quoniam turgentiæ conditio in tēporibus nullam apta eſt facere diuerſitatem, quæ quoties apparuerit (quodcunque id fuerit tempus) ſemper euacuandum eſt, & ſi euacuandi hora conueniens non fuerit, nam ut prima quarti libri Auicenna inquit, Ita euacuatio eſt neceſſaria in non ſua hora, ſicut cibatio in non ſua hora; Accidentibus nanque uirtutem proſternentibus illico dandus eſt cibus, ut aphoriſmorum prima dicit Galenus, ſimiliter quacūque hora furioſitas apparuerit, illico euacuandum eſt, ergo ubi non ſit furioſitas, nec in principio, nec in ſtatu euacuandum ſit, etiam in augmento euacuandum non erit, quia quum extrema unius ſint rationis (ut diximus) erit non minus & medium illius conditionis. At tunc Socrates nobis occurrat, qui poſt longam eius ſanitatem cum mala uictus ratione magno etiam affectus ſit morbo, in eo ſanè mouendum non eſt in principio, ſecundum hos uiros, minusq; in augmento, quum

Turgentia nullum in eius euacuatione ſibi limitat tempus.

uirtus

uirtus grauata à multitudine ſit, Impotensq; ad coquendum; Supponimus autem morbi materiam turgentem non eſſe, quum de mẽbro ad aliud non currat membrum, ergo medicus tunc prorſus otiabitur, illamq; defraudabit legem, quam Hippocrates xxii. ſecundæ tradidit, quum dicit, Ex plenitudine quęcunque ęgritudines fiunt, euacuatio ſanat &c. Non enim ſicut inanitioni ſtatim cum repletione occurrere debemus, plenitudini eodem modo confeſtim ſuccurrere non habebimus, quum tamen & rationi & Hippocrati ſit hoc detrahere, rationi inquam, quũ contrariorum una ſit ratio, & diſciplina; Hippocrati deinde in aphoriſmo tertio primæ dicenti, Plenitudinem, atque habitudinem in ultimo exiſtentem ſoluere oportet, & non tardè: Neque ualet, ſi nobis dicatur, quòd in ſanis euacuare repente liceat, at in ęgrotantibus nequaquam; Mirabile nanque dictu hoc eſt, nam in ſanis repletis, ea de cauſa euacuationem feſtinamus, ut nutriri poſſint, abſque eo quòd in morbum cadant, Quanto magis id agendum erit, ubi actu in eum dilapſi fuerint, id quod ſi minus uno inſtrumento congruè fieri poſſit, cũ alio ſaltem agere utique neceſſum erit. Verum de hoc inferius. Ad propoſitum mod o rediens dico, mouendum eſſe in principio, quatenus principium eſt, quoniam tunc uirtus fortis eſt, non occupata circa humoris concoctionem, nec accidentia ſunt adeo fortia, ut poſthac erunt, quemadmodũ ſequenti aphoriſmo docet Hippocrates, quem ſanè huius cauſa dicti ſubiunxit, quemadmodum dicit **Galenus**, ex quo illa tollitur erronea & omnino impertinẽs expoſitio, quam prauè iudicioſi adducunt uiri, Hippocratem ſcilicet dixiſſe, mouendum eſſe in principio, propter materias furioſas, nam pręter hoc, quòd huiuſmodi nõ ſunt mouẽdę, quinimmo ſunt eradicãdę, ſi aphoriſmus ille trigeſimus cauſam eius reddit, quod in .xxx. eiusdem ſecundæ dixerat, igitur in eo intelligebat de quo cauſam aſſignat; Sed illa nõ eſt de turgentibus, ergo nec de illis intelligebat, de eis nanque ſatis fuiſſet dicere, euacuandas eſſe quia turgent, nec addere opus fuerat, quia uirtus eſt fortis &c. Pręterea ut diximus (& rectè quidẽ) hic de temporibus verba facit, ut morbi tempora exiſtunt, formaliter (ut dicunt) conſideratis, minimè autem ut in hac uel illa materia compręhenſa ſint, nempè quę ab authoribus traduntur normæ, huic uel illi poſtmodũ materiæ applicari poſſunt; quamobrem nos Hippocrates circa tempora ſatis doctos reddidit, quo ad tria potiſſimum, quoniam re uera quid in

declinationis

declinationis tempore agendũ ſit, nemo ambigit, uidelicet nihil faciendum fore, ſi præſertim natura morbum per Criſim abſtulerit. Quód ſi non integre, aut perfecte, ut dicit Galenus, Ad medicum pertinet, quemadmodum dixerat in vigeſimo primæ quum dicit, Quæ iudicantur, & iudicata ſunt &c. Vbi in commento inquit, quód ſi facta fuerit integra iudicatio, totum materię opus naturę pmittere & nihil nos nouare oportet, ubi uero non integre, id quod deficit ſupplere nos conuenit. Quod niſi faceremus, illud profecto ſequeretur inconueniens, de quo iam dixerat in x i i i. aphoriſmo ſecundę, quando dicit, Quæ relinquuntur in morbis, poſt Criſim recidiuas facere conſueuerunt: quo in loco hortari, atque impellere nos poſt Criſim uidetur, & conſequenter in morbi declinatione, ad euacuationem eorum quę fortaſſis remanſerint. Proinde res de ipſius declinationis tempore in dubium minime uertenda erat, ſed ei tantum ſupererat, duo illa tempora uidelicet principium & ſtatum docere, augmentum uero implicite monſtrare, de turgentibus uero atque aliis materiam concernentibus, ne verbum quidem facere, eapropter tam bene Galenum intelligentes eius mentem potius uiolare uidentur, quám eum probé intelligere; demum quum multa nimirum ſint quæ non turgent, quę uero turgent, rara ſint, de quibus ita raro uenientibus, nec artes, nec ſcientiæ conſiderant, niſi ut obliquitates, non ne igitur Hippocrates inſanus uideretur? De obliquo duntaxat uerba facere? Quum tamen obliquum non niſi per rectum cognoſci queat: Demum ii (Galenici quum ſint) Hippocratem non interprętantur, eo quo Galenus ipſum exponit modo, ut in ſequentibus in aphoriſmo adhuc conſiderandis, nos pauló poſterius uidebimus: At iis hominibus qui nobis aduerſantur, ſufficit uel rationes detractare, uel aliis bene dicentibus repugnare, id quod in ſcientiis ueridicis pernitioſiſſimum omnino eſt, quanto magis in artibus, quę pro hominum ſalute compertę fuerunt.

Ad alia modo etiam in aphoriſmo ponderanda. Aduertendum eſt. Quód Hippocrates huius negocii Minorationis habenas medico relinquere uidetur, ut ex eius loquendi modo apparet, uidelicet, Si quid uidetur mouendum, moue, ſed quum ab huiuſmodi opera mouendi circa principiũ medicus abſtinere poſſet, huius abſtinentię cauſam Galenus (ni fallor) ut bonus expoſitor asſignare tenetur, neque aliam ab eo uideo, niſi hanc eſſe uoluerit,

luerit, quoniam morbus exitialis forte ei uideatur; nam tunc recordari oportet, quòd deploratos mederi non conuenit, icirco Hippocratis conſilio ut ipſe putat, tunc mouẽdum non eſſet, ergo ſequens erit, ut vbi tam ſecundum Hippocratem quàm Galenũ ita exponẽtem excluuſa iſthęc fuerit cauſa, videlicet quòd morbi exitium exploratum non ſit, ſecundum eos uniuerſaliter mouendum ſit, quum ita exponendo cauſæ hæc medicum a tali officio retrahere poſſit.

Verum quoniam & nos interprætandi authoritatem aſſequuti ſumus, Aliam etiam mitiorem adducamus cauſam, cuius ratione ab huiuſmodi Minorationis opere deſiſtendũ ſit, ea autem eſt, propter morbi leuitatem. Qua forte medicus ſola habita victus ipſius ratione, laborantem in integrum reſtituturũ confidens vtique mouere non curabit, ut in eo quem Culicis febrem uocant morbo, contigit: Hęc profecto noſtra non minus expoſitio rationi reſpondet, quàm quę Galeni. Verum licet hæ interpræ-rationes nihil mali in ſe contineant, ad Hippocratis attamen mentem neutra (ut puto) tendere uidetur, quum planè de morbi principio ſermo ſit, in quo pręſertim in acutis admodum difficile eſt ſcire, cuius tęrminationis morbus eſſe debeat, iuxta illud eiuſdem ſenis dictum, aphoriſmorum ſecunda, in xx. ibi, Acutorum morborum non omnino ſunt certę pronunciationes ſalutis, aut mortis: quo fit, ut morbum aliquem nos aliquando mortalem iudicemus, qui mox ad ſalubritatem tendit, quòd ſi ab euacuatione ipſa deſtiterimus, vel perniciosus, uel prolixus nimirum efficeretur; ſimiliter nec propter eius leuitatem dimittere tutum videtur, quot enim morbi in principio leues videntur, qui deinde ægrum interficiunt? vt in peſtilentibus, qui hac ex cauſa decipientes dicuntur, in quibus Auicenna dicit, Neque æger, neque ei propinquus caliditatem ſentit, nec alteratur pulſus, nec vrina, & tamen æger tendit ad mortem: Alium igitur Hippocrates (ni fallor) habuit ſenſum, ut infra dicemus: Amplius non minus & aliud ponderandum eſt, huius ſcilicet famigeratę Minorationis prouentus, cuius ratione medicus ad eam ſtudioſe ſe conuertit, ut ſcilicet in reliquum materię concoctionem citius ac melius aduenire faciat, ex quo per corolarii modũ quędam colligimus, contra ſic praue exponentes Hippocratem, quòd de turgẽte materia loquatur, quũ hoc manifeſtè falſum ſit, ex quo hic de nullã prorſus materia

ſus materia uerba facit; pręterea loquens de motione in principio facienda; dicit, ſi uidebitur, modo in turgentibus medico nõ datur optio, ſed ei præcipitur, ut ſtatim operetur, quoniam in talibus differre malum eſt, ut aphoriſmo decimo ſectionis quartæ, quo in loco de turgenti materia ipſum loquutum fuiſſe uerisſimilius eſt, quàm hic; pręterea quũ Galenus Hippocratem exponens dicat, in principio mouendum, & poſt coquendum, difficile eſt uidere de quibus intelligat, ſed duo certa ſunt, primum quod de crudis intelligat, quoniam cocta non coquuntur. Item certum eſt, quòd non de furioſis, quia ex quo huiuſmodi medentur, ſiue ſecundum totum eradicamus, non eis ſupereſt deinde quicquam quod coquatur, ideo non de turgentibus, ſed de iis intelligit, de quibus infra clare oſtẽdemus, Voluiſſem ut cõtentioſi hũc mihi locum explanaſſent. Qamobrem ſecundum Galenum Minoratio concoctionem faciendam non adeo lędit, ut perperam ii putarunt uiri, quinimmo eam potius fœlicitat, propter illã quam Galenus in commento adduxit cauſam, uidelicet quũ dicit, quò minore iam facta, citius reliquum natura cõcoquat, quòd ſi alibi Galenus contrarium dicit, ſermo hercle ille de particularibus materiebus de quibus infra dicetur intelligendus eſt, quare ii ex particularibus quibuſdam arguentes, paralogizant à ſecundum quid ad ſimpliciter.

Inſolubilis hæc eſt ratio.

Hic Galenũ defendẽdi modus mitis eſt, ſed in uno ſemper nõ perſiſtit propoſito, eapropter ſaluari haud poteſt.

Poſſumus & aliud poſtremo in commento conſiderare, Minorationem duobus fieri poſſe modis, aut per phlobotomiam, aut per purgantia medicamenta, contra contentioſos Galenum dicentes minorationem quippe à principio per phlobotomiam concedere, per purgationem vero nequaquam, quum tamen hic eam expreſſe admittat; quod ſi dicatur Galenum addidiſſe, nonnunquã id eſt raro, hic duo dicimus, primum quòd nec ſemper cum phlobotomia etiam in acutis & ardentibus morbis minorandum eſt, quimmo plurimum cauẽdum, iuxta ea quæ Auicenna dicit quarta primi, quando inquit, Quum ebulientis fuerit naturæ materia, à phlobotomia abſtinẽdum eſt ſic enim pleroſq; in phrenitidem ſtatim ex phlobotomia perductos uidimus, eapropter nos monitos faciens Auicenna, inquit, Caue ne ægrum ad alterum duorum perducas, aut ad calidorum in flammationem, aut frigidorum incrudationem, & quarti etiam libri prima in cura cauſonidis inquit, Phlobotomia iuuabit fortaſsis, & fortaſsis nocebit, iuuabit autem, ſi vrina turbida, craſ-ſaquè

Quàm bene iudicioſi ii fuiſſent ſi eandem neceßitatem ĩ humorum ſicut in sãguĩs abũdantia inſpexiſſent.

taque fuerit, vbi addendũ eſt, nocebit autẽ, ſi vrina ſubtilis, ignea & ſplendens fuerit. Vnde ſicut ſemper facienda eſt phlobotomia in principio cũ vrinis craſſis, ita pariter cõtra, cũ ſubtilibus igneis dimittenda phlobotomia eſt, & eius vice ſemper eligẽdũ medicamentũ, quale in cauſone id eſſet, quod ipſe docet, puta ex fructuũ aqua, cũ caſſia fiſtula, tamar. prunis, & huiuſmodi. Aliud uero ſecundũ, quod mihi dicendũ occurrit, eſt, quod Galenus dicit, nõnũquã vero, ideſt raro medicamẽto purgãdũ eſſe, conforme ei nimirũ eſt ſermoni Hippocratis xxiiii. primę ſectionis aphoriſmorũ quũ ait, In peracutis paſſionib⁹ raro, & ĩ principiis pharmacis vti. Vbi nihil de phlobotomia, ſed de medicamẽtis tantum loquitur; qua in re dico, quod attẽta medicamẽtorũ penuria in qua Hippocrates & Galenus cõſtituti fuerãt, niſi calidiſſima auxilia penes ſe habẽtes, ut heleb. ſcãmo. & huiuſmodi uiolẽta medicamẽta, Non eſt ꝙ admirer, ſi raro, & nõnunquã dixerit, quũ tamẽ potius dicere debuiſſent, his nunquam utendum eſſe; Ego etenim qui adeó Minorationis iura defendo, niſi alia præter veterũ medicamenta haberem, ne dum raro in peracutis morbis hoc Minorationis non tentarem ingenium, ſed ad ipſum me nunquam conuerterem, at hoc nimirum non eſt rectiſſimę rationi derogare, ſed artis inopiæ potius hoc duntaxat aſcribere, qua quidem ratione ducti Hippo. & Galenus eorum ſuis mentem committebant methodis, ac eam in illis ſugillabant, mox ipſam non facile executioni mandabant. Verum poſtquam temporũ benignitas nos ad hæc leuia conſolataq; auxilia perduxit, nõ eſt quòd animos hos duriſſimos flectere non debuerint, & quòd ii patres noſtros plurimum excuſare non debeant. Et hoc quo ad primam rationem dictum ſit in tantum.

Diſcãt hic iudicioſi qui in ſanguinis miſſionẽ magis inclinant quàm in alui deiectionem cum medicamento.

Caput tertium, In quo pro ſecunda ſecta ab operandi modo ſumitur ratio.

e ſt & alia ab operandi modo aſſumpta ratio, quo ad eas ſaltem materias, quæ ſi non proprię morborum cauſę, attamẽ cõcauſę atque fouentes eſſe poſſunt, quę ſi prius non euacuantur, ſed curatio ab aperientibus incipiatur (ut aduerſa opinio pręcipit) ad anguſtas venas impellentur, proinde ſine omni euacuatione obſtructiones aperire uolentes, in maius equidẽ periculũ (authore Galeno) incidunt: periculũ enim inquit ipſe aperire uolentibus ante euacuationẽ, ne materię amplius incuneentur. Cui ſententię Auicenna quoq; ſubſcripſit, inquiens. Et nõ properes in apertione opi

lationum ante euacuationem. Ergo ſecundum hos autores quibus & tota medicorum ſchola ſubſcripſit, partialis equidē euacuatio ante cōcoctiones & apertiones & eradicationes eſt neceſſaria. Hęc ratio ſi de morbi materia propria non militat, ad minus de lenitione & uiarū mundificatione neceſſaria eſt, quamuis medicina leniens aucta doſi exoluens aliquando efficiatur, quo ad eas ſaltem materię partes quę ad obediendum pharmaco paratiores comperiuntur, quū humores non omnino uniformes ſint, unde quoſdā promptius quoſdā minus attrahenti pharmaco conſentire uidemus, hoc potiſſimū per initia morbi faciendo, quādo materia multa & mala fuerit, licet furioſa non extiterit, & hoc cū medicamento ex lenientibus, & aliquo electiuo confecto in ea ꝓportione tamen, ut non funditus totā peccantē materiā educat, neq; ad omnes eius partes ueniat, quale nā Auicenna Debile & forte unà uocare ſolet; eo enim ſic attrahente pharmaco, uiæ quidē expurgabuntur, pręter eas quas cōmunes uocamus de principali materia extrahemus, atq; nullū ex tali opere ſequetur incōmodū, quia nō caloris, nō uirtutis aliquod detrimentū, quinimmo à multitudine oppreſſa alleuiabitur, uel ex toto ſanabitur, ut indies cōplures ſola minoratione ſanatos uidimus. Neq; ea à cōtentioſis uociferata incōuenientia ſubſequi uidimus, neq; etiam ſi ob id ſiniſtri aliquid euenerit, adeo utile opus dimittēdū eſt; Quū maximè Galenus ipſe methodi. xi. dicat. Nil iuuatiui īuenies pręter aliquid lęſionis, Maiusq; ſit damnū, quod ex eius dimiſſione cōmittitur.

Caput quartū, quomodo Minoratio ꝑ Auicennā detur.

h actenus ex Hippocrate & certo quo nam pacto ex Galeno uidimus, ꝙ in morbis qui à materia pendēt minoratio moliēda ſit, quia artes ꝑ additamēta cōtinuè magis perficiuntur. Perſcrutemur modo uiā ꝑ quā Auicena Hippocratē inſequens methodū de minoratione tradidit. Nēpe materias morbos cōmittentes in tribus conſiſtere naturis ratus eſt, quarū quidē duæ extremę ſunt, Tertia vero in harū medio exiſtit, Et quod extremū primū eſt, coctū id eſt, quod in morborū fine tantū reperitur; Secundū uero crudū prorſus eſt; quod uero in ordine tertiū eſt, id eſt quod nec mere coctū, nec mere crudū, ſed eſt non crudū, more Hippocratis propriis utendo verbis, & hęc illa eſt quę nobis plus occurit; ſicut cōtra quę merè cruda eſt rariſſime aduenit, qua ratione mōſtrū uocauimus; Et de his Hippocrates in. xxii. aphoriſmo primę ſectionis

de euacuationibus & ex cõſequio de euacuabilibus loquens, nullum ꝓrſus de mere crudis uerbũ facit, niſi Galenus eius placito literã co rũperet, Quẽ quò plus potui sẽper tutatus sũ, fidẽ faciunt quæ de eo antea ſcripſerã. Dixerã enim ipsũ Minorationẽ affirmaſſe, Neq; falsũ dixerã, Sed nũc dicere cogor eã ipsũ aſſeruiſſe, & eã quoq; negaſſe, hoc interueniente facinore de literę Hippocratis corruptione: Neq; mirũ ſi idẽ autor hac in re ſibi ipſi cõtradixerit, quũ & ĩ materia præceden tis cõmẽtarii de uenę ſectione in idẽ inciderit peccatũ, ut adhibitis rationibus ac teſtibus mõſtrauimus. Quaꝓpter ad ꝓpoſitũ ueniens, Dico ꝙ in morbis à principio cocta nobis nõ occurũt, ſed quę tũc frequẽtius occurrunt ea ſanè nõ cruda exiſtunt, ex quo ſi quę extrema ſunt aliquãdo ueniunt, rariſſime tamẽ ſe offerunt, ueluti ꝑ exẽplũ dicimus raro reperiri homines, qui omni uirtutũ genere prędi ti ſint, ac ut sãcti habeantur, ſicut & pariter cõtra raro inuenimus homines, qui omnia in ſe flagitia nullũq; uirtutis ſpecimen ut demones obtineant, ꝑfecto tã ii quàm illi mõſtra sũt; Qua ratione diuus Hieronimus Aueroisq; Ariſtotelẽ mõſtrũ uocarũt; At qui virtutibus uitia comixta habent, innumeri ſunt, atq; hos tales ueros eſſe homines ſecũdũ naturã dicimus, iccirco Plato & Ariſtoteles dixere, plura eſſe ſecũdũ naturã mala, quã bona. Ita dicimus ꝙ crudiſſima rariſſimè occurrũt, ſed quę & cruda & cocta ſint, frequenter ueniunt. Verũ ubi illa crudiſſima occurrunt, Dicã cũ Auicenna ꝙ huiusmodi in principio nullo modo euacuanda ſunt, quia illa famoſa incomoda acciderent; ꝓinde falluntur ꝑ fallatiã à ſecũdũ quid ad ſimpliciter, Nã quòd prędicta merè cruda quandoq; veniant in eorũ principiis, quæ minorãda non ſunt, cõceditur, attamẽ nõ ob id ſequẽs eſt, vt hoc idẽ ad materias nobis cõmuniter uenientes transferi debeat, perſimile eſt ac ſi quis ita argueret, videlicet virtutũ perfectiones peſſimis monſtruoſisq; hominibus non cõueniunt, ergo nec probis, Quod quàm ridiculum ſit, vide aduerſator.

Caput quintũ: Cur quę cruda ſimpliciter ſunt, Mõſtra dicuntur.

R ectè autem has extremas materias raro euenientes mõſtra diximus, quũ dicat Ariſtoteles, transferentes ſecundũ ſimilitudinẽ transferunt, Eapropter hic pro ignaris immoremur, abſq; enim hoc ꝙ ſint extra sẽmper & frequenter à principiis, etiã ſuæ ſpecificæ naturę deficiunt. Etenim quũ humor ex eius intrinſeca natura fluidũ corpus ſit, quia nullo ſibi ꝓprio termino ſed ad alterius terminũ mouetur, Ita quoq; qui in homine continetur ſuccus, qui ad animę imperiũ ꝑ corpus mouebatur, uerèq; uiuentis humor dici poterat, quũ deinde ꝑ aliquẽ de

prauatũ habitũ nec arte ,nec natura moueri poſſit, illũ ab humoris ſpecie degeneraſſe,& ſic monſtrũ id dicemus. Quę ſanè res Aueroi in eius colliget nõ extra rationẽ uiſa eſt, Quũ dicat mõſtra ita in morbis cõtingere,ſicut in his quę per naturã fiunt; Quũ autẽ duo hęc extrema ſcilicet nimis craſſũ ac nimis tenue,ex ſuæ ſubſtantię modo nõ amplius fluere apta ſint,ergo á ſuis principiis defecere,ergo monſtra sũt ꝓpter eorũ deprauatã naturã. Recte ergo cũ Hippocrate diximus, ꝙ huiusmodi in principio mouenda nõ ſint,ſed fugiendũ ab eorũ irritatione cũ pharmacis,ſed potius tranſumptiuè blãdienda ſunt,quouſq; artis benefitio humoris naturã ſuſceperint, Atq; ubi p corpus antea duci non poterant,mox facilius pellantur,iccirco nihil mirũ ſi huiusmodi humores ita in sũmo crudi,cũ illis qui nobis cõmuniter occurrunt,nõ inuicẽ conueniunt,nã quæ ſecundũ plus obuiant ſunt nõ crudi,qui ſi nõ ſecundũ totũ & quãlibet eorũ partẽ humoris naturam reſeruatã habeant,adminus in ſe aliquas habent. Ideo Hippocrates hæc cruda uocare noluit,Sed non cruda,quæ ſecundũ aliquid euacuari præcipit; Illa uero quæ merè cruda tãquã non humores nõ euacuari conſentit,ac ſi de humoris natura nihil penes ſe reſeruatũ habeant. Qui modo nõ uident ꝙ illa merè cruda ad nõ cruda relata,ueluti monſtra exiſtant,iudicii cõpotes non uidentur; Quales diximus illos eſſe,qui cũ Raſi uolunt tenuia cruda euacuari in principio morborũ, Quãto peius de aliquibus aliis,qui putant cruda euacuari in morbis, ſed extra morbos non admittunt, de quibus olim ſi Deus uoluerit conſiderabimus. Verũ ad propoſitũ redeuntes, palam fateor, quod quũ humores in extremo p crudũ conſtitutos nouerimus, raro tales nobis occurere,atq; ſcientias & artes de eis nõ principaliter intẽdere Sed quodam modo obliquè ac reflexè eos aſpicere,tãquã humoris naturã amiſerint; contra vero diligentius de illis agunt, qui ſi non ſecundũ totũ cocti fuerint,nec ſecundũ omnes partes humoris naturã ſeruauerint,ſecundũ plurimas tamen cuſtodierunt,quarũ ratione methodi de euacuatione eis aſſurgunt. At hic ſophyſtas contra nos recalcitrantes uideo, Quòd dixerimus de crudis in extremo ea raro nobis occurere in principio,quũ tamen Hippocrates hoc uerbo raro tãtũ in furioſis utatur, nõ autẽ in merè crudis,& ſic ſermonẽ hũc noſtrũ cũ illo Hippocratis non coire: Quibus reſpondeo,quòd culpa huius diuerſitatis in me reicienda non eſt; Sed in literę corruptorẽ,ex quo Hippocrates de crudis in eo aphoriſmo nullũ prorſus facit uerbũ,ſed de coctis,& de non crudis à quibus mox exceptuat furioſa propter aquiſitã qualitatẽ in eis,& ita raritas in humoribus duabus de cauſis accidere poteſt,quòd Hippocrates non negaret, aut propter aquiſitionem

ſitionem qualitatis prauæ, ut in furioſis, uel propter naturę humoris propriæ amiſſionem, vt in meré crudis, & ſic raritas in his ęquiuocè ſe habet. Sicut ergo Hippocrates nequaquã de meré crudis in aphoriſmo xxii. primę ſectionis loquebatur, pariter neq; ad nos pertinebat. At nos à ſic praué conuertentibus extra propoſitũ compulſi fuimus, Quos acriter repræhendimus, quoniam graue nefas in mortaliũ vitas perpetrati ſunt. Falsũ pręterea ſupponunt, cruda illa meré & ſimpliciter ea eſſe quę cõmuniter & frequẽtius in morborũ principiis nobis occurunt; Et tunc dubio procul Hippocrates deceptus fuiſſet, quoniam motio illa quã in principio fieri iubet, nunquam locũ haberet, nã quę in principio eſſent, neceſſario vel mere cruda eſſent, vel furioſa, ſi primum non mouenda, quanto minus medenda? ſi uero ſecundum, non mouenda quidem eſſent, ſed duntaxat medenda.

Nõ putandũ eſt Raritatem ipſam ad furioſa, et ad merè cruda ac sĩpliciter una tantum ratione dici, ſed ęquiuocè ſe habere dicendum.

Nempe qui humores non crudos auferunt, ueluti Galenus cũ ſecta, vtiq; Hippocratis ſanctã minorationé extirpant, & ſic eius dogma nullius prorſus eſt valoris, Atq; in ſolis morbis qui rariſſimi ſunt curatio à principio efficeretur, quæ non motione, ſed medicatione tantũ efficitur. In illis vero qui à materia multa & mala cũ vitę diſcrimine efficerentur, nulla prorſus á principio uſq; ad ſtatũ administraretur, neq; motione, quanto minus medicatione, Hippocrate prohibente, quod arti diffamatũ eſt detrimentũ, iuxta illud famoſum adagiũ, Principiis obſta ſero medicina paratur, cũ mala per lungas conualuere moras. Videtur ergo huiuſmodi opinio quę ita turpiter minorationé tollit, ne dũ aduerſari Hippocratis Maieſtati, ſed cõmuni hominũ conſenſui. Hoc nimirũ conſiliũ eſt ac ſi in domo accenſo igne ob ſegnitiem nõ extinguere, ſed expectare ut uires prius aquirat, ita in caſu iſto quũ magnũ aliquod periculũ immineat. Verũ eſt quòd morbus in tali poſſet eſſe differentia, ut periculũ longe abeſſet, atq; ſalutem facile ſperare poſſemus; eo utiq; caſu dico cum Platone in Timeo, quòd morbi irritandi non ſunt, niſi uehementer vrgeant; & in hanc ſententiã Hippocrates & Galenus in libro epidemiaũ, nõ minus & Auicenna cæteriq; alii ęgregii autores in hanc eandé venere ſententiã: & quoniã Hiſtoria ueritati coniuncta plurimũ noſtrũ mouet ſensũ, ſenſus uero intellectũ, Id dicamus, quod olim in Illuſtriſſimo Principe Franciſco Gonzaga Mantuæ Marchione Inuictiſſimo contigit, quũ prè nimio calore in fine ęſtatis febré incidiſſet, eius multo cũ robore, florente iuuentute, ſuoq; protomedico Calcerando Hiſpano abſente, illis duntaxat exiſtentibus medicis, qui vulgares & cõſueti erant medici, qui graué futurũ morbũ pronunciauerant, autumno præſertim inſtante, qui Dii boni & mi-

Illuſtriſſi. Marchionis Frãciſci Gõzagæ caſus.

norationis & alterationis, quot medicamentorum genera præparauerant, En quòd ueniente illo ſeniore medico, præponderatis naturę uiribus, cauſis, morbo ipſo, ſuis cum ſymptomatibus, Inquit, Princeps egregie hoc ſero non cenabis, cras in mane vipam in redolenti vino diluto accipies, & nos inſimul ad templum Diuæ Marię gratiarũ ibimus: Et is fuit illius morbi exitus, ut alia nõ indiguerit ope. Et de huiuſmodi morbi genere non intelligendus Hippocrates, minusq; Auicẽna primi quarta, quũ dicit, Et dicemus ꝙ in ęgritudinib⁹ in quibus eſt timor, ꝙ à forti medicamine incipiẽdũ: Vbi patet quòd Auicenna Hippocrati, Arabicis, Gręcis, & Latinis ſubſcripſit literis.

Caput ſextũ, In quo aliorum ponuntur rationes pro minoratione agenda.

hanc ſententiã Manardus noſtra tempeſtate comendandus, non nullis rationibus fouere viſus eſt, videlicet quòd in morbis à multitudine pẽdentibus, ſi materia non turgeat, á principio minoratiué omnino euacuanda eſt, quoniã ſi bonus athletarũ habitus euacuandus, & hoc non niſi boni ſanguinis copia fit, igitur & malus qui in ęgrotantibus ſuperabundat humor nihil minus euacuandus. Pręterea ſi quis ex vicioſis humoribus febrẽ incurrat, quũ prius euacuatione indigeret, ergo multo etiã magis in febre euacuationẽ expeteret. quũ ſpirandi aucta eſt neceſſitas. Item qua ratione turgentem euacuare cogimur, ea etiã abũdãtẽ educere nos oportet, eadẽ namq; imminent pericula ex multitudine quæ ex turgentia, ſiquidẽ ꝑ hanc perinde ac per illã uires deiiciuntur, febris caliditas augetur, atq; periculũ eſt ne humores vagantes non ob furorẽ ſed multitudinis cauſa ad aliquod ex principalibus decurrat mẽbrũ, & id magis quũ facilius ſit turgentiæ occurrere, quã multitudini, illa enim alteratione ſola citra euacuationem reprimi poteſt, hęc vero niſi euacuatione quũ omnia repleat loca: Poterat hic doctor ſi uluiſſet ſecus ſuadere, videlicet quum in turgenti humore ſint qualitas & quantitas, & qualitati debeatur alteratio, & eius quantitati tota debeatur euacuatio, cur eodẽ modo in morbis cũ multitudine & mala qualitate citra furioſitatẽ Hippocratis conſilio ſaltẽ euacuare non poſſumus? ut in quàm plurimis febribus uidemus. Pręterea ſi materię quę de loco ad locũ mouẽt omnino euacuari debẽt, cur nõ illę etiã quę omnia repleuerint loca? Vt interim addamus ꝙ ille qui turgentẽ humorẽ timet, ne aliquẽ ex nobilibus locũ aggrediatur, cur non magis eum timere debet, qui pręmultitudine omnia penè occupauerit loca? Pręterea ſi

quędam

quędam purgationes in morborũ principiis ab Hippocrate interdi-
cuntur, ut nõ niſi raro in peracutis, ut aphoriſmorũ prima, & alibi, de
his hercle medicamentis credendũ eſt eũ loqui, quæ ei nota erant,
atq; illa ꝓhibebat, quibus quũ calidiſſima ſint, naturæq; plurimum
inimica, iure merito interdici debuerant; Sed ſanè ſi ipſe noſtra habu
iſſet temperatiora pharmaca, non ita conſtanter interdixiſſet. Qua-
propter ubi cũ ſuis euacuationẽ à principio raro moliebatur, cũ no-
ſtris frequenter ne dicã ſemper, peccantẽ humorẽ cum multitudine
euacuaſſet, quãdocunq; in quo uis morbo iſthęc noſtra offerri poſ-
ſint, ſicut contra, ſi nos alia non haberemus medicamenta quàm ſua
nunquã Minorationẽ tẽtaremus, cũ quibus etiã perfectè cocta pur-
gare uix audemus, quantò minus imperfectè ac parcè cocta. At hic
inquit doctor noſtris iis medicamentis tute agitur, faeturq; octo ſu-
pra xl. annis medicamento quodam videlicet caſſiã recipiente cum
tertia diafiniconis parte, magno ſemper cũ ęgrorũ cõmodo ſe uſum
fuiſſe. Additq; Galenũ exponẽtẽ Hippocratẽ in xxix. ſecundę ſectio
nis Minorationẽ cõſulere, ideo dicit, quò minore iã facta materia &c.
Illud deinde quod Gal. ſubiungit, maiorẽ nobis præſtat anſã, vi-
delicet noſtro hoc æuo crebro ac quotidie potiſſimũ ob ingluiẽ fa-
cere expedit, nã antiqui quotidianis exerciciis, frictionibus, balneis,
ciborũ ſuperflua diſcutiebant; ſi ergo antiquo illo Hippocratis ſęcu
lo quando ſobriè uiuebatur, conſulit ipſe quòd minuamus, ſiue mo
ueamus à principio, ut ſua non mutemus uerba, cur idẽ noſtra hac
tempeſtate, in qua nulli magis quàm uentri & gulę indulgetur, ociũ
paſſim vagatur, iamq; ad luxũ nihil prorſus eſt reliqui, multo liberi-
us facere non expedit? Item in pleuritide in qua materia huc & il-
luc non vagatur, Hippocrates iiii. de ratione victus in acutis medi-
camentũ præbuit, & Galenus dicit ſe præbuiſſe modo in die primo,
modo in ſecundo, modo in tertio, modo in quarto, modo in quinto.
Itẽ Galenus iiii. de tuen: ſan: vnũ nobis offert documentũ nec negli
gendũ, videlicet quòd quũ in principio forte non fuerit neceſſaria
ſanguinis miſſio, eàq; detractaſſe cõtigerit, quòd eius uicaria pur
gatio moliẽda ſit; cui nos quoq; addimus Hippocratẽ, qui ſecũdo de
ratione victus in acutis dicit, Dolore ad coſtas inferiores deſcenden
te, ſanguinis miſſione relicta, eius uice pharmaco vtendũ; licet Gale-
nus intenſa exiſtente febre, uenæ ſectionẽ addat, quod à nobis ſpecu-
lantibus alibi vidẽdũ. Pręterea idẽ Manardus ut ab eo uideri poteſt,
Galenũ adducit, qui primo de cõpoſitione medicamentorũ ſecundũ
loca, nulla præcedẽte coctione in alopecia utrãq; purgat bilem, &
eiusdẽ 2. in capitis dolore, & xiiii. methodi dicit pleroſq; in quibus
ophthalmia

ophthalmia inceperat,& ſola vētris purgatione ea die curatos fuiſſe.
Item Hippo. in epidemiis in uulneribus & fracturis plerūq; utitur
purgatione,abſq; ulla cōcoctionis mētione,imo in aliis morbis à fe
bre cōcoctioné expectare non uidetur. Et hæ ille ſunt rationes,qui
bus is doctor motus eſt ad minorationé agēdā,quas hic īſerrere mihi
placuit,quòd noſtro ſeruiant propoſito, oſtendentes quantū qui no
bis aduerſantur ab ipſo ſcopo abſint.

Caput ſeptimū:In quo ꝓ ſolutione obiectionū fundamēta ponūtur.

Quoniā nō ſatis eſt ꝓ inſtituto aliquo rationes īſtruere,
niſi & obiecta diluuantur,iccirco operepręciū eſt illis
maxime fundamētis quibus aduerſa innititur opinio
reſpōdere; Ea autē exiſtūt,quę ex Hippocratis litera
in xxii. primę ſectio: male lecta,ac peius intellecta ſu
mūtur,quū inquit.Cōcocta medicari,& mouere nō cruda:Hoc illud
eſt quod diminutā oculorū aciē habētibus obſcurauit,& mox pra-
uè intellecto adeò pertinaciter adhęſere,ut nullis rationibus,nullis
ſenſatis experimentis unquā ſuaderi potuerint , plus timētes à Gale
no quàm à ueritate ipſa iuſtè repræhēdi,licet Hippo.cū ratione mu
nita authoritas obſiſtat,Vt interim Auicēnā ommittamus,poſtquā
Docti(ut ipſi dicūt)eū deſpexere,quod ſanè nō ratione , ſed inuidia
& odio potius factū eſſe cēſeo,Quod in ſcientiis ꝓdigioſū execrabi
leq; eſt;De quibus tamen doctis nō parū admiratus ſū,quū tantus
autor īter Philo:naturales tā dignū adeptus ſit nomē,Itē apud primā
philoſophiā colētes tā celebrē aſſecutus fuerit palmā.Quāti uero
eūdē ſacri Theologi fecerint,hi docti,ii inquā docti,Di:Thomā & ſu
blimē Io:Scotū cęteroſq; in diuina pagina eruditos homines plegāt,
Iccirco ꝙ penes hos doctos tāta huius diuini Autoris exoluerit fa
ma,ut eorū delicatę aures audire nequeāt(& docti ſint)nō parū ad-
mirari valeo , niſi forte Gramatices profeſſores ſint, nam ſic penes
uulgus plurimū poſſent:His igitur omiſſis ad Hippocratis aram de
ueniamus. Illo omiſſo ꝙ aphoriſmus xxii. primæ ſectionis pro me-
thodo habendus nō ſit . Nēpe Galenus cū ſecta in hunc aphoriſmū
tam malo ac deprauato fuerunt animo,ut obſtupeſcā cur è libris eū
non deleuerint,ut ipsū corrumpere auſi ſint ; Ambigunt enim quis
ſuus fuerit ſenſus,ac quę intētio,dicentes Hippo. inibi de ſuccis ſiue
de humoribus intendere,ideo quòd eo in libro transferrendus erat,
Quorū ſalua reuerentia , ſed magis quæ veritatis eſt , dico ꝙ ſecus
eſt de humoribus quatenus in humano corpore cōtinētur loqui , &
alioquin

alioquin quatenus ad eorum euacuationem ſe præbeant ; *Item*
quo tem pore hi tentandi,& quomodo non;Hę enim tres ſunt forma
les dicēdi rationes,quę à diuerſis petēdę ſunt locis: Quòd autē prima
ratio videlicet de humoribus ut ſunt crudi,& ut ſunt cocti,ꝙ ad librū
de humoribus pertineat,verū & rectū eſt;Sed de eis cōſiderare ut eua
cuādi ſecundū totū ac uniuerſaliter,vel ſecūdū partē,ac particulariter,
hoc tantū attinet ad.xxii.primę ſectionis,qui locus dūtaxat cōſiderat
humores,qui ſub euacuationis methodo cadūt;quū autē duo tantum
ſunt,videlicet coctū,aut nō crudū,ideo duo hæc tantū ab eo petenda
ſunt; Tertia uero conſideratio videlicet quo tēpore,& qua euacuatio
nis methodo,adhuc alibi petendū eſt,puta à xxix. ii.ſectionis;Quòd
ſi is peruerteretur ordo,aut à codicibus abraderetur , ſic herclè cōfu
ſio aut diminutio in dictis Hippocratis inſurgeret. Quāto maius pro
ficiſeretur peccatū,ſi litera(proh nephas)corrūperetur? quod ſanè tā
tò grauius cenſendū,quātò mortaliū uitæ officeret . Hoc ponderent
qui iudicii compotes ſunt.Hoc ergo in loco Hippocrates ſcilicet in
xxii. primę ſectionis,nil aliud conſiderare habet de humoribus,niſi ut
ſe alicui euacuationi offerunt,Quū vero qui crudi ſunt in extremo,
nulli euacuationū generi pateant, loqui de eis ſuperflueret,parte alia
literā corrūpendo humores nō crudos dimitteret,qui particulari eua
cuationi ſe ſubiiciunt,& ſic in nō neceſſariis ſuperflueret,& in neceſſa
riis deficeret:Quid nā vobis uidetur O docti de Galeni ſecta? auferre
humores nō crudos,qui tā frequentur nobis occurrunt , & ē cōuerſo
illos ſimpliciter crudos qui raro uel nūquā veniunt ponere? De qui-
bus tamē nō crudis intelligit,quū dicit,In principiis ſi quid uidetur mo
uendū moue,non intelligendo ut dicit Galenus,ſed conuiendo humo
res nō crudos,qui ita in principio euacuandi ſunt,ſicut qui verè crudi
exiſtunt,dimittendi;tali tamē modo illi nō crudi purgandi ſunt,ut eo-
rū pars duntaxat euacuetur,& reliquum ut dicit Galenus coquatur,
quo in loco eius uerba pōderentur,quoniā quia à ratione conuictus ,
in morbis(ut patet)minorationē admittere videtur , & hoc tribus ex
cauſis,quia natura fortis in principio, quia accidētia tunc leuia, quia
natura tunc nō occupata,demū finis neceſſitatē addit,dicēs,quò mino
re iā facta materia reliquū melius ac celerius coquat : Ex quo dicto
ita ab eo poſito,de tribus certificamur;primū ꝙ euacuatū in principio
nō erat crudū,quia uocatū nō ueniſſet;ſecūdū ꝙ illud reliquū ſuper-
ſtes, quod coquere intendimus,nō coctū erat,quia non cocta coqui-
mus; Tertiū ꝙ ſi in princpio euacuamus propter faciendā meliorem
coctionē,ergo euacuatio antecedit coctionē , & non ē contra. Quo
modo autē Galenus nolit minorationē in morbis adminiſtrari,haud
certe ſcio,

Tres eſſe forma les conſiderandi rationes ī humoribus, prima qui ſunt humores et ꝗ crudi et qui cocti, ſecūda qui uniuerſaliter & qui particulariter, tertia quo tempore qui euacuantur euacuari debeāt: Prima ad librū ð ſuccis ptinet, ſecūda ad 22. aphoriſmum primæ ſectionis, tertia ad 29 ſecundæ.

certe ſcio, incōſtātē adminus medius fidius oſtēdit hominē, Ad apho
riſmū modo conuerſi dicimus, Hippocratē hic nō ut rethorē, Sed ut
medicū grauē ac ſapientiſſimū ſe habere, qui ſynonimis nō utitur.
Itaq; à nobis ſingula ponderentur verba, quoniā plurimo cōſtant arti
fitio, vnūquodq; etenim eorū in ſe habet miſteriū. Neq; illius pręte-
rea obliuiſcendū quod diximus modo, ſcilicet in præſenti, ꝙ circa hu-
mores de nullo alio cōſideramus, niſi ut ſe euacuationi offerunt, quæ
nimirū duo ſūt, cocta ſcilicet & nō cruda; coctis autē ſuccinctè lo-
quēs aplicat mederi ꝓ ſuo euacuationis genere, quod eſt eorū vniuer
ſas expellere partes; nō crudis vero pro ſuo euacuationis genere appli
cat mouere, quod eſt eorū aliquas expellere partes: Verū huiuſmodi
euacuabilia cocta ſecundū totū, uel ſecundū partē uocata, duplici co
ctione ſic uocari poſſunt, uel coctione naturali ſeu phiſica, aut medi-
ca, differunt autē hę ſicut & eorū fines, quæ enim phiſica eſt alimenti
ita vt in ſubſtātiā aliti uertatur, quę vero medica eſt, ad expulſio-
nē dūtaxat exiſtit; hę igitur coctiones ita interſe differunt, ſicut & eorū
fines. Quòd ſi aliquando medici de coctione phiſica loquuntur, nō id
ut medici agunt, ſed ut philoſophi: Pro nunc autē de coctione ſatis ſit
id dicere, quod ꝑ eā obiecta pro expultrice facultate cōuenientia red-
dantur, quā recta uoce ſubſtantię adequationē nos ꝓnunciamus, qua
natura leniter expellit, & qua abſente uel nō expellit, uel nō ſine mul
ta cū anguſtia, dolore, ac humorū ꝑturbatione, tā in ęgris quàm in ſa-
nis; Neq; uideo ꝙ in ſanis euacuandis ſine præparatione maior ſit licē
tia, quàm in ægris, quū huiuſmodi humorū pręparatio ęq; ſanis ſerui
at, ſicut & ægris, quēadmodū eius oppoſitū ineptitudo, quā ꝑ ſimili-
tudinis modū cruditatē vocant, quæ utriſq; nō minus obeſt: Vt nāq;
quod attinet aquæ & terrę à calore coctionē patitur, donec in ſubſtā
tiā cōuerti aptū ſit, ut tertio de partibus anim: & .iiii. de mixtis dicitur,
& tunc coctū dicitur, Ita ꝓportione reſpondet, id quod pro expulſio
ne conuenienti ac facili aptum eſt obiectum; Nempe ſic concoctum
illud dicetur, quod conuenienti ſubſtantiæ modo expultrici facultati
ſe offeret, ut ſicut in ſpontaneis euacuationibus placidè educitur hu
mor, pariter et in his, quę à pharmaco euacuantur leniter admodum
exeant; quum vero ea quę humoris exitum difficilem reddunt, ſint
aut nimia tenuitas, aut nimia craſſities, aut ejus nimius lentor,
& nimię tenuitati concretio opponatur, craſſitiei uero attenuatio,
& lentori inciſio, non video cur ſano uel culpatè ſano ſi humores ali-
quo horū peccarint modo, cuiq; eorum ſua nō adhibeatur coctio. Vi-
demus enim aliquando in ſanis pręſeruandis quum forte non debitè
præparati fuerint, in eis grauia accidere tormina, & ex ſanis ægros

fieri,

fieri, Quaproter Auicenna primi quarta inquit, Digerentia nos à pena ſecuros reddere. Præterea ſani à pharmaco magis exoluūtur, ut .xxxvi. ſecundæ ſectionis dicit Hippocrates ibi, Sana habentes corpora &c. in quibus redundantię bonis ſuccis magis commixtæ exiſtunt, nec diſcretiua facultas in eis adhuc functa eſt munere. Amplius expulſiua facultas nondum irritata ad expellendum non prona inclinat, Quę ſecundum quoſdam craſſos medicos naturam ad inſtar aſini eſſe dicunt, dicentes quòd niſi ſtimulata ad expellendū non inſurgit, ideo longè difficilius eſt ſanos purgare, quàm ęgros, uel ſaltem non minus difficile, ubi humores non debitè præparati fuerint, qui ea ratione aliquando nullum in alui deiectione dolorem incurrunt, aliquando uero maximum, ſecundum quòd præparati, aut non, exiſtunt. Si igitur Hippocrates ſanos aliquando ob plenitudinem nulla quidem coctione expectata ſtatim purgat, & non tardè, ut rurſus principium nutrimenti accipiat corpus, cur & ægri in morbos cùm humorum multitudine lapſi ſint, ſtatim ſolui non poſſunt? ubi maximè in extremo crudi non fuerint? Demum poſtquàm dixit Hippocrates, Concocta, ſequitur in litera Medicari, quod ſanè uerbum eo ponderandum modo quo Galenus facit, dicit namquè Hippocratem hoc uti termino pro medicatione cum laxatiuo pharmaco funditus materiam eradicante; quoniam re vera quę cocta ſunt, alio prorſus non indigent, niſi ut funditus tollantur, iuxta Auicennæ dicta, ut primi libri quarta dicentis. Digeſtio & non plus expectanda eſt, quarti libri prima, Quumquè apparet digeſtio, tunc euacua, prouoca, & non cures: Dicit ulterius Hippocrates, Et mouere: Hic pauxillum remoremur. In primis hanc copulationis notā, Et, non expoſitiuè tenendam eſſe dicimus, ut qui prauo ſunt conſilio aiunt, nam in aphoriſtico idiomate huiuſmodi non admittuntur, ipſum enim non prolixitati, ſed breuitati enixè ſtudet; quapropter Mouere non ad idem referrendum, ad quod Mederi, ſed diuerſa omnino important, nam ueluti cocta ſecundum omnes partes mederi debent atq; purgari, ita quæ non ſunt cocta, ſed non cruda, non medenda quidem ſed mouenda ſunt, ita ut eorum aliqua tantum pars mouenda ac tollenda, quod ex communi loquendi modo col-

Similitudo ipſius naturę ad aſinos per craſſos medicos.

ligere poſſumus; Vtitur enim Hippocrates ad cocta hoc uerbo Mederi, in his in quibus omnes purgari debent partes, Ad ea uero in quibus tantum pars tollitur, illo utitur termino Mouere, ut patet in uigeſimo nono aphoriſmo ſecundæ ſectionis, ubi euacuatio præcipitur in morborum principiis, quę non fit in coctis, ſed in non crudis, in quibus euacuationem ſecundum totum deſiderare non debemus, ſed partem duntaxat, quam motionem uocant, per tranſlationem à uino in uegetibus, Quum multa in eo facta non fuerit alteratio, nec ipſum totum educere uolumus; dicicimus (ipſum parum moue) ideſt portiunculam tantum extrahas, quam euentationem ac reſpirationem appellamus. Quod modo Hippocrates ſic intellexerit, atquè ſic uoluerit, duos adducamus teſtes, & fide dignos, primum Hippocratem, nam quum loqui de humorum euacuatione in ordine ad tempora uoluerit, ut in vigeſimo nono ſecundę ſectionis ibi, Quum inchoant morbi, Dicit, ſi quid tibi uidebitur mouendum, moue, & non inquit medendum medearis, ex quo huiuſmodi ad totum pertinet. At in principio niſi modicum euacuare conuenit, quia totum in principio euacuari Hippocrates prohibet. Teſtis quoque etiam eſt Galenus, qui tertio de ratione victus in acutis textu illo, Porro & ſiticuloſa nimis &c. Inquiens, quibus uis huiusmodi uox, Si quid, addiciatur, paucitatem ſemper ſignificat; Et ita apparet, quàm Hippocratis uerba ſibi reſpondeant, & quàm aptè illud moueri ei congruit euacuationi de parte, ſicut mederi ei quæ eſt totius, & ita illa copulationis nota, nõ expoſitiuè, ſed copulatiué, tenenda eſt. Sequitur, Non cruda. Hic aliud aduertendum, quod nemo adhuc quem uiderim ponderat, Non enim Hippoctates ab re dicit non cruda; Quoniam non crudum non eſt coctum, nec crudum, Sed medium; Quod ſi huius latitudinis mediũ Hippocrates non uidiſſet, non ne defeciſſet? Etenim ſi quis uiride album diceret, quia non eſt nigrum, aut diceret ipſum nigrum, quia non eſt album, quum non ſit nec nigrum, nec album, non ne pro cęco habendus hic eſſet? qui nõ minus ei ſimilis eſſet numerãti in yniuerſũ obiecta quę medicus in pſpectu habet, Quę tria ſunt, videlicet res naturales, resq; prętor naturã, & hęc tantũ com

putaret

dicus in proſpectu habet quæ ſanè tria quum ſint genera res quæ ſecundum naturam & quæ præter naturam exiſtunt tantum computaret his quæ ſunt non naturalia omisſis nonne delinqueret? Rem quippè unam ſummè neceſſariam omittens. At id hercle de tam ſapienti uiro minime ſuſpicandum eſt, cognouit enim ipſe crudum quod in extremo lātitudinis exiſtit de quo in libro de ſuccis dixit, quod moueri non debeat, cognouit & cocta, de quibus dicit hic, quòd medicamento euacuari debeant, ſupererat ei modo dicere de mediis, quæ nec ſunt cruda nec concocta, ſed ſunt non cruda, poterat & dicere Hipp. ſi uoluiſſet, & mouere non cocta, ſicut dixit non cruda, at ex iis alterum dicere ei ſatis fuit, de huiuſmodi loquens mediis. Voluitque nos iam doctos tam circa cruda quàm circa cocta deinde circa non cruda pariter docere, quaſi inquiens, quoniam cruda nullo pacto ſunt mouenda, concocta uero medicari oportet, quid igitur circa non cruda quæ media ſunt agendum erit? Quam ob rem ſapiententer reſpondens dicit mouere non cruda, uidelicet non ex toto quidem eradicato, nec ex toto dimitte, ſed partim euacuato & partim coquito, ſic nanque eius parte euacuata reliquum citius coqui poterit. Habito præterea quòd quæ in extremo matura ſunt, ſecundum totum eradicanda ſint, ſtatim utique ſciemus quod quæ in alio puta cruditatis extremo ſunt, nullo modo ſint mouenda, quum contrariorum eadem ſemper ſit diſciplina, id quod alibi fuſius declaratum eſt, relinquitur igitur ut ea quæ in medio ſunt, medio quoque ſe habere debeant modo. Itaque hoc in ſermone aphoriſtico patet quàm ſapienter ſeſe Hipp. habuerit.

Aberrant autem non parum hi tam bene Galenum intelligentes atque tum in Dialectica ſe parum exercitatos oſtendunt. Quum enunciationem de prædicato infinito affirmatiuam negatiue legant, tum in naturalibus non minus delinquunt, medium inter iam dicta compræhenſum ab eis non diſtinguentes de quo tamen clarè Hippoc. (ut manifeſtum eſt) pertracta dicens mouere NON CRVDA, & Galenus ſupplet, illius reliquum coquendum eſt quæ ſanè res ita coniunctim traddita, neutri extremorum conuenire poteſt, quoniam certe hoc crudis attribuere non poſſumus, ex quo huiuſmodi non ſunt mouenda, & poſt coquenda, ſed potius contra, neque etiam coctis, quoniam cocta non coquuntur, neque mouentur, ſed medentur, ſiue eradi-

cantur, minusq; furioſis, quoniam ſi ipſa medicari expedit mo-
uenda non ſunt. Nec coquenda ergo aliquod entium genus
aliud ab iis reperiendum eſt quod ſcilicet mouendum primum
poſtea eſt coquendum. Atque illud medium erit quod inter
crudum nullo modo mouendum. Et inter coctum eſt mouen-
ti ui obſequentisſimum a quo planè medio expoſitorum oculi
tam longe declinarunt. Ab iis autem inquam non crudis ſi-
ue mediis iſthæc furioſa nimirum excepit, minime uero a cru-
dis, ut in ratione à principio dubitationis dictum fuerat, quo-
niam utraque uix in genere communicant at cum non crudis
in uno quinimmo proximo equidem conueniunt, uterq; nanque
ſuccus tam non crudus & quietus quàm non crudus & furio-
ſus, humor exiſtit, qui a membrorum uirtute uel eius dun-
taxat facultate uel pharmaco adiuta extra corpus pelli poteſt,
eapropter ii non crudi tam qui furioſi, quam qui nullius fu-
rioſitatis parti cipes ſunt optime quidem inuicem & compara-
ri atque unum ab alio excipi integrè ſeruata exceptionis me-
thodo poſſunt, qua hercle uia Hippocratis (& conſulto qui-
dem) ab iis non crudis furioſa dempſit, nam non cruda hu-
mores ſunt qui naturæ imperio ſubſtant cruda uero ipſa (ut
monſtra) minime, item non cruda per corpus duci poſſunt, il-
la uero nequaquam. Verum furioſa & humores ſunt atque per
corpus duci poſſunt, qui ſi ex hoc non ſunt cocti, neque etiam cru-
di dici poterunt, ergo uerè non crudi dicendi erunt, & quo-
niam (ut non cruda in principio mouenda forent) ab iis tamen
excipiuntur, quum pariter & furioſa ſint, & quatenus ſic turgen-
tia, non ſunt mouenda, ſed medenda & funditus ac cocta eradi-
canda, ergo tertium hoc genus ſcilicet non crudum omnino po-
nendum eſt, eritq; tunc Hippocratis præceptum ueluti tale in-
quiens, ex quo per nos alibi dictum eſt, cruda nulla euacuatio-
ne tangenda eſſe, quoniam cruditas eis motum impedit. Ad-
ſintq; deinde cocta, & præter hæc non cocta, ſiue ut more Hip-
pocratis loquamur non cruda, idem nanque ſunt, quæ ſanè
non cruda, tempore cocta ipſa præcedunt, quanuis in lite-
ræ contextu, ipſe poſt poſuerit, nullam de hoc, uel modi-
cam habens ſolicitudinem, & cocta quidem legem in ſe habeant
uidelicet quòd medicamento indigeant relinquitur ut & non
crudis propria debeatur methodus, ſcilicet quòd mouenda, de-
inde coquenda poſtremo &c. niſi huiuſmodi turgentia fuerint, ex
quo

quo patet, ꝙ cõparatio & exceptio niſi ad non cruda uerti debeat.

Caput. xi. in quo nouis probatur rationibus tertiã dari nõ crudam.

q uòd ſi pertinax adhuc aliquis, genus hoc entis mediũ
abolere omnino contenderit, contra ipſũ nos denuo in-
ſtabimus, pręter enim hoc quod litera authoris per nos
ꝑſpicua iã facta ſit, eſt deinceps naturę ipſius ordinatus
inceſſus, quem octauo de hiſtoriis animaliũ Ariſt. nota
uit, inquiens ipſã ſuis in rebus ſaltũ nunquã efficere; quòd ſi ſic, quũ
a crudo inchoare ſoleat, & in coctũ tandẽ deſinat, quo nã igitur pa-
cto hac in re mediũ non dari credendũ erit? Amplius ſi quiſpiã
negans, ad manifeſtã quippè cõtradictionis implicationẽ facillime
deducitur, id quod ex hoc euidentiſſime demonſtrari poteſt, accipia
tur A, materia furioſa, idq́ in morbi principio ſit: ubi igitur in cõfeſſo
eſſet, non dari niſi crudũ & coctũ, minime autẽ non crudũ reperiri
concedatur, tunc quęro uel A crudũ eſt, uel coctũ non eſſe quidem
coctũ dicendũ eſt, quoniã ut dicit Galenus, coctio non principio ſed
vtique ſtatui attinet, ergo eſt crudũ, uel igitur euacuabitur uel non:
Si non, Hippocratis pręceptũ haud quaquã ſeruabitur, ſi uero eua-
cuabitur (crudũ quũ ſit) igitur ineuacuabile euacuabitur, quod im
plicatione dicta non uacat. Atqui ſi A, educitur in morbi principio,
ergo ipſũ non erat crudũ, quia per alterã ex tribus iã dictis conditi
onibus crudũ eſſet, & earũ quęlibet ſibi motũ impediſſet; non etiã
eſt coctũ, quũ ipſũ in morbi principio conſtitutũ fuiſſe poſuerimus,
ergo dubio procul A, nõ erit neque crudũ neq́ coctũ; Quòd ſi quis
inſtabit, quid ergo eſt, ſi nec crudũ nec coctũ eſt? Reſpondemus ore
Hippocratis, Quòd eſt non crudũ, quod quia eſt furioſũ nõ eſt mo
uendũ, ſed eſt medicamento euacuandũ, atque eradicandũ, a quo ſa-
ne nõ crudo exceptio deinde facienda eſt propter furioſitatis naturã
quã adeptũ eſt, ſecus uero aut exceptio congrua nõ foret, aut crudũ
moueri poſſet, & furioſũ crudũ eſſet, quorũ vtrũq́ falſiſſimũ eſt. Qua
mobrẽ iã apertus eſt Hippocratis ſenſus, & quę iã paulo ante exci-
tata fuerat dubitatio, ex praua quidẽ duntaxat literæ intellectione
ortũ habuiſſe conſtat. Similiter & quę ab auſpicatu ſermonis noſtri
aduerſus uerã opinionem facta fuerat ratio, prorſus corruit: Nempè
verũ eſt matura medicanda eſſe, cruda uero non mouenda nec
medicanda; at falſum deinde eſt, quòd in morbi principio ea mouen-
da non ſint, quæ ſunt non cruda, quũ hæc nec cruda ſint, nec cocta,
pręſertim vbi multa ſint, adeo ut prę multitudine facile iudicari poſ-

ſit, ut a natura ſuperari vel ſaltem difficulter nequeant, quamobrem inchoantibus morbis mouenda ſunt, ita enim Hippocrates prę-cipit, quum dicat, Mouere non cruda, ſic Galenus quandoque ex-ponit, ſic ratio dicit, ſic quotidianus uſus digito nobis demonſtrat.

DII IMMORTALES neſcio quis demon homi-num ingenia illuſerit, tanta hercle huius rei ueritas eſt, ac pro hu-mani generis uita vtilitas, ac neceſſitas, vt ſi Hippocrates & Gale-nus, addamus & Auicennam, qui totius medicæ facultatis pri-mi duces extiterunt, huius oppoſitũ dixiſſent, hac in re profecto deſerendi forent, Quum dicat Auerois, dimittere ſenſum propter rationem iudicii imbecillitatem protendit. Quid igitur de cõtentio-ſis illis uiris dicemus? qui quum in falſitate obruti ſint, alios ue-ritate illuſtratos, falleratis, vaniſque uerbis opprimere tentarunt, ac ne dum ſenſum ipſum, ſed & rationem ipſam & Hippocra-tem & Auicennã deſerunt; quod nimirum uaniſſimum genus à ſapientiſſimo medicorũ cœtu reiciendum foret: Hoc igitur ut ad in-ſtitutum ſermonem reddeam, pro lege ueluti per oraculi modum ab Hippocrate nobis traditum tenendum eſt, quòd in morborum principiis ubi materiæ copia & non crudæ ſuſpecta ſit, eo caſu Minorandum eſt.

Caput. xii. In quo doctrina de minoratione facienda via diuiſiua ponitur.

d EMVM ad illorum tolendos errores, qui ue-ris rationibus ſe oppoſuerunt, ſuperaddamus & il-lud quod equidem plurimum aduertendum à no-bis eſt, videlicet, Morbos eos qui ex ſuccorum ſu-ſuperabundantia ac plenitudine fiunt, uel vniuerſales eſſe ut febres, ſiue hæ continentes ſint, ſiue tertianæ, ſiue huiuſmodi aliæ; vel particulares, immodica tamen in corpore exiſtente mate-ria, cuius ſanè portio ad particulare defluit membrũ, atq; inibi mor-bũ inducit, aut in eo paulatim congeſta lãguorẽ facit. In toto tamẽ adhuc pręexiſtẽte abũdãtia, ut pote ſi ad caput fluat, vel ĩ eo orta ſit, & Alopetiã gignat, aut ad ſtomachũ deferat, & inflãmationẽ cauſet aut ad coſtas, ac pleuritidẽ ĩducat: his itaq; ſe habẽtib⁹, morbus quidẽ uniuerſalis uel à sãguine eſt, uel ab aliis humoribus; ſi à sãguine ſolo, nulla eſt cõtrouerſia, ꝙ ſtatim ſine coctione, ne dũ Minorari, ſed & etiã penitus tolli ea hora (ſi copioſa fuerit sãguinis miſſio) poſſit, ſi

uero huiuſmodi non fuerit a ſanguine tantum, ſed ab aliis etiam do
minante tamen ſanguine Minorandum primum ſtante multitudi-
ne cum ſanguinis miſſione quoniã phlobotomia eſt cõmunis humo-
rum euacuatio, multitudinem euacuans eapropter & aliis ſimul cũ
ſanguine exire poſſunt: mox ſi morbus perſeueret, aliiq; humores
coctionem deſiderent, item remoto ſanguine tanquam aliorum fre
none alius deinde fortaſſis effrenitet humor, ubi multi ii inquam
non crudi ſint, medicamento partim uentrem emolliente ac uias mũ
dificante, partim ſuſpectum humorem eligente minorandi ſunt, de
hinc reliquum coquendum, ut tandem eradicari poſſit, ſi uero hic
uniuerſalis morbus ab aliis fuerit humoribus remoto ſanguine uel
ab aliis cum ſanguine ipſis tamen in eorum proportione uincẽtibus
ſi primum uel illi humores ſunt crudi uel ſunt non crudi primi non
ſunt minorandi immo nec tangendi ſed pure coquendi prius qua-
cunque cruditate peccauerint ut pro uirium noſtrarum facultate in
fra uidebimus, ſi uero non crudi extiterint & multi ſint, uenæ pror-
ſus ſectionem dimittentes inchoante morbo pharmaco ſanè non to
tam reſpicientem materiam, nec ad extrema corporis penetrandi
uim habente ſed proximiores partes attingente eius duntaxat por
tionem educemus. At qui ſi morbus particularis fuerit in totius
corporis tamen ambitu plenitudine exiſtente, ita ut ad aliquod mẽ
brum eius pars expulſa fuerit, uel eſt ſanguis, uel ſaltem cum aliis
uincit ipſe & tunc dico quòd a principio Minorandus eſt, & cum di
uerſione quidem dum fluit ut quæ in ambitu totius fuerit materia
diminuatur loci affecti euacuationem nequaquam agẽtes. quan-
doquidem huiuſmodi humor, qui in loco iam procubuit per ini-
tia penitus tangendus non eſt, eapropter cum admiratione Curtien
ſium & Briſottenſium, nos in inflammatione coſtarum ſaphenam
aperire iuſſimus, eo quòd doloris materiam non attingat, ſicut cõ
tra ipſi cum noſtri magno ſtupore, cum uenæ ſectione in principio
immature, & confeſtim affectum locum attingunt, poſt dictam ue-
ro diuerſionem, ſi cum ſanguine alii peccauerint humores exhibe
ri utique medicamentum opus erit, quemadmodum fecit Hippo-
cra. quarto de ratio. uic. in acu. Quo etiam in loco ut ſuperius di
ctum eſt, Galenus dicit ſe aliquando medicamentum in prima, &
aliis diebus uſque ad ſextam dediſſe, excluſiue, ſed eam ego addo ſe
cundum magiſtros meos quanuis ſeuo ſit tyranno ſimilis, in qua fre
quenter ſeptimæ præuenientes etiam pharmaco operabantur, ut
nec interim ſeptimam prætercam, in qua nihil agendum, ubi natu-

ram ſupra morbum obtinere uideamus, at ubi ſecus acciderent utpo te quòd morbus naturam ipſam ſuppeditare uideretur eodem etiã tempore agendum id hercle foret quod precedenti libro in Adamã te quadam Hebræa nos cum proſpero euentu feciſſe diximus. Verum quoniam hic aliqui de oppoſita ſecta etiam docti uiri huic occurrunt, dicentes. Neque Hippocratem neque Galenum medicamentum in principio pro materia in membro particulari exiſtente propinaſſe, ſed pro ea duntaxat quæ ad læſum locum moueri poſſet, quòd idem eſt ac ſi dicerent non pro cauſa coniuncta, ſed pro antecedenti exhibuiſſe, qua quidem in re ſic dicentes damnandi non ſunt, propterea quòd rationi aduerſentur ſed duntaxat accuſandi quòd credentes Auicennæ mentem declinare maxime in eam incidant, quum ipſe primi quarta dicat, Quumq; humor in membro compræhenſus fuerit non moueatur donec eſſentiam habuerit temperatam: & Galenus in commento uigeſimo ſecundo primæ aphoriſmorum dicit, Eos uere qui ſunt in aliqua corporis parte firmati neque alio auxilio mouere oportet, neque medicari ante concoctionem, tunc enim habebimus naturã euacuationi adminiculantem, uidetur ſiquidem & ipſa poſt concoctiones humores diſcernere & ſuperfluitates expellere, quum igitur Auicenna & eius æmuli in morborum particularium principiis multa exiſtente materia ipſam minuant, non id quippe ratione cauſæ, quam coniunctam dicunt, efficiunt, ſed antecedentis ratione in coniunctam tranſituræ id faciunt, dicuntq; huius actionis fundamentum eſſe ne multi forte ad iam læſum locum ſucci defluant qui deinde a membri calore concoqui nõ potentes ipſum uincant, & membrum deniq; corrumpant, quam ob rem ad hanc rectam intentionem Minoranda eſt per initia morbi materia & in hoc nullus ſanè mentis aduerſari debet quum maxime ſic Platonis & Ariſtotelis præceptum ſeruetur, de quo Galenus ipſe quarto de curandis morbis de horum illuſtrium authorum intentione dixit, non licere ſanare oculum toto prius non ſanato corpore, de quo etiam tertio art. medic. & in libro ad Glauco. & alibi.

Verum ſi humores alii peccantes ſint, & ad membrum particulare aliquod cum ſanguinis ſeparatione eorum portio aliqua deflu xerit, ut ad guttur, anginam, aut ad coſtam pleuritidem faciens ſanguinis miſſio in principio penitus reiicienda eſt, ut ſapienter & oculatiſſime primi quarta inquit Auicenna. Quam rem quoniam in præcedenti libro in diſceptatione cum clariſſimo Bucaferrea fuſius

explicaui-

explicauimus, breuiter hic pertranſeo, nempè ad eum me remitto locum. Atque id tantum in præſentia adiiciens, quod eo ſiqui- dem caſu uice phlobotomiæ purgante pharmaco materia multa exiſtens & non cruda Minoranda omnino eſt, ea quippe non tacta quæ particulari inhæſerit membro ſed quæ in communibus uenis (fluxura tamē) continetur, in quam ſentētiam eruditisſimi quidam uiri ex iis qui minorationem elata fronte denegarunt tandem de uenerunt, dicentes: in huiuſmodi caſibus audacibus hercle pharma cis & ad longinqua penetrantibus particularem maxime cum labo rante membro conuenientiam habentibus utendum non eſſe, eapro pter Manardum a quo in Minoratione diſconueniunt, tandem ue- ritate compulſi commendant, qui pro Minoratiuo casſiā ſiſtu. cum tertia diafiniconis parte 48. annis fœlicisſima nauigatione ſe fuiſ ſe uſum fatetur, quod ſanè medicamentum (ut quilibet in arte pro- bè peritus cernere poteſt) ad longinquas ac totius corporis extre- mas partes uires ſuas non transfundit. Quem ad modum Agari- cum, colocinth. ſcāmo. Helebo. & quæ nos arte paramus diluta, ſeu infuſiones, quæ mediusfidius omnia in principio dimittenda ſunt, & earum loco prædictum Manardi capi debet pharmacum aut ſimi le aliud (multa quum ſint) huiuſmodi enim medicamentum uires cohibitas atque ueluti per frenum conſtrictas habet, læſumq́ꝫ mini me attingit membrum, præterea nihil ei proprium ineſt cuius ratio ne medicamenti uires uel auxerit uel ad affectum locum uehi poſſit quare huiuſmodi Minoratio herenti atque infixæ materiæ nequa- quam ſic officeret, tam & ſi per huiuſmodi adhibitam purgationem Minorantem humores in aliqua corporis particula firmatos non attingentem, contingat tamen illos morbumq́ꝫ diſcuti ac penitus ali quando aboleri, quem ad modum Galenus decimotertio metho. ſibi pluries in oculorum affectibus contigiſſe inquit, nempe quod per ſolam unius diei purgationē quæ in eis ceperat inflammatio re- mota fuit, cuius rei cauſam lucide (ni fallor) aperuimus in ea potisſi mum diſputatione quam in præcedenti libro cum clarisſimo Ma- dio habuimus. Negabant enim ipſe ſaphenæ ſectionem in pleuriti- dis principio factam iuuare poſſe, quum morbi cauſam attingere ne queat, uidebaturq́ꝫ ei fieri non poſſe ut prodeſſet niſi qui ægrotat lo- cus innaniatur cui rei quàm probè ſatisfecerimus iudicio etiam cla- risſimi Anto. Muſ. Baſao. ibi eſt uidere, quo in loco monſtraui- mus quonam pacto humor in uno comprænenſus membro abſumi poſſit præter id quod a medico uel ſanguinis misſione uel medica-

mento

mento purgante exhauriatur. Hac non minus ratione Galenus in
alopetia utranque purgat bilem, ſimiliter in caluariæ fracturis &
capitis dolore, concoctione non expectata, confeſtim materiam
euacuat, ut in libro dc compoſitione medicamentorum ſecundum
loca licet uidere: eam quidem remouere intendit, quæ ad anteceden
tem minime ad coniunctam ſpectat cauſam, quam rem qui Mino
rationi plurimum aduerſantur, & ex iis ſapientiores ſunt in parti
cularibus iam dictis morbis admittunt, tollendum enim eſſe mate
riæ portionem fatentur, ne ad læſum iam locum amplior copia de
currat, in qua ſanè re, ut eos laudibus dignos cenſeo, ita eos impu
dentiæ accuſo, quòd deinceps Minorationem tantopere inſequi au
deant, præſertim quum dicti iam caſus in morbi principio exi-
ſtunt eorumq́ꝫ materiã furioſam eſſe minime concedatur demũ ea ra
tione ne dicam maiori qua minorationem in particularibus mor-
bis concedunt in uniuerſalibus etiam admittere deberent, quum ta
men nullo penitus cum rubore id negent, quanuis nihil me her-
cle ab eis hactenus niſi uoluntarium uidere & audire potui nec pla
nè aliquod quod inter hæc diuerſitatis rationem nobis aſsigna-
ret, auſcultatione dignum uſque huc intelligere uolui, cur ſcili-
cet in morborum uniuerſalium initiis ab humorum copia penden
tium non æque Mineratio conueniat, opportuna've ſit? Sicut
in particularium principiis ab eadem multitudine uenientiũ præ
ſertim quum ex antiquis nullus author eam uituperet, Hippocra-
tes uero (etiam maxime) commendet & Galenus ſubſcribat, præ-
terea Auicenna in uniuerſalibus morbis ne dum in mediocribus, &
communiter euenientibus, ſed & in iis etiam qui uerſus craſsitiei
latus uergunt præcipiat, ueluti in quartanis & addit omnibus, qui
bus ſi minus omnibus ſanguinis miſsio, omnibus tamen purgatio
conuenit, eapropter inquit commune eſt omnibus quartanis (ut mi
nuatur a principio) quanto magis quum Galenum multis in caſi-
bus Minorantem uideant (licet in particularibus morbis) qui ſa-
nè cum uniuerſalibus in ratione Minorationis re uera communi-
cant eapropter ſi ii Minorationem in particularibus admittunt,
eam non minus uelint nolint've, & in uniuerſalibus concedere
debent, quum Hippocratem maxime legerint abſolute dicen-
tem, inchoantibus morbis non autem morbis particularibus in
choantibus dicentem.

Hanc ſanè rem de acceptione lenientis ſed non electiuè minorantis aduerte re ij habent qui magis ſenſui quam rationi addicti Minorationem reſpuunt leniens tantum medicamentum ante concoctionem accipientes eorum finẽ non attingunt neqꝫ ab huiuſmodi opinione quicquã lucrantur dummodo aliquid potius non perdiderint.

Sunt autem minus damnandi ii qui quum omne medicamenti
genus in leniens & purgans diuiſerint in morbis omnibus pri-
mam

má medicaméti ſpecié quę & emoliat & leniat, admitunt, quinimmo longè potius laudandi, quàm contentioſi quidã viri, qui medicamenti lenitiui in clyſteri in principio attingere drachmas duas in pueris, in adultis vero. 4. non audent. Quod ſi nõ perfidiã, adminus artis magnã oſtendit imperitiã. Hactenus ergo habuimus, quòd ſiue morbi ſint vniuerſales, ſiue particulares, modo à multitudine materię ſint nõ crudæ, & nõ furioſæ, ante coctioné minorãdi ſunt. Sed in particularibus aduertere oportet, q ſi corpus multis & vicioſis humoribus repletũ ſit, quorũ portio in aliquo figatur membro, uel id morbi genus eſt à uiis ductuũ admodũ remotum, vt in pleuritide, & oculorũ inflãmatione, & peripleumonia, & eiuſmodi, Vel ipſis propinquũ eſt ut in ſtomaco; Si primũ, dicendũ ut paulo ſuperius à nobis dictum eſt, Si vero in ſtomaco, & uiis ductuum propinquũ fuerit, tunc uel materia craſſa eſt uel tenuis; Si craſſa nullo modo mouenda ſecundum Galenũ, ſed ut ipſe facit. vii. methodi prius cũ mulſa & abſinthio attenuanda, ſicq; coquenda, poſt euacuanda; At ſi tenuis fuerit, ſtatim abſq; coctione (eo authore) euacuanda eſt. Cui hercle ſententiæ aliqui & recte quidem non facile adhęrent, quoniam coctio dubio procul in utraq; materia ſummè deſideranda eſt; Attento quòd in ventriculo niſi ſuauis leniſue molienda eſt euacuatio, quod probè fiet, vbi præcocta fuerit materia, ſicq; ad eum non multa confluet peregrina, quum omni quidem ſtudio optandũ ſit, ne per patientia loca materierũ copia perducatur, ut Galenus & Auicena nos monitos reddidere. Itaq; laborante etiam ipſo uentriculo, a materia tenuitate peccante, non videtur admittenda Galeni ſententia, Quod in crudis tenuitate peccantibus, qua tenuitate immerſæ imbibitęq; fuerint materiæ, quod ſine coctione ſtatim euacuanda ſint, ſed cũ Auicenna potius ſentiendũ, dicente, quòd tã in calido tenui ſubtili, quàm in frigido craſſo coquendũ prius.

LIBER SECVNDVS.

Caput primũ: An in aliquo crudorum genere minoratio in principio admittenda ſit.

VERVM quia huiuſmodi res ſine lite (ut opinor) pertractari non poteſt, ſupereſt modo aliqua de hoc uerba facere. PROfectò quo magis hanc rem conſidero, eo maiori admiratione afficior. Video namquè enixè præliantes homines ut minorationé adeo

neceſſariã

neceſſariã de mũdo tollant,atq; ob id Galenũ cõtentione adducunt,
nullã ipsũ in morborũ principiis euacuationem nec minoratiuam
nec eradicatiuã admittere præter quàm in furioſis, mox ad eius mẽ
tem dicunt morbos à materia pendentes ſi prę tenuitate peccarint
a principio nulla expectata coctione minorandos eſſe, voluntque
cum Galeno in prohibitis minorare, in his vero in quibus hoc
opus permiſſum foret (& conſulto quidem) de ipſius mente
negant: Aſſeruntquè minorationem in morbis in quibus humo
res nimia tenuitate peccant, in his faciendam quidem eſſe. At
in illis, qui non ex ita tenuibus conſtant, minime licere, quum
tamen hi debili quadam ſaltem coctura participent, cuius ra-
tione non crudi vocantur, minime uerò crudi,ut ad Hippocra-
tis mentem nos interprætati ſumus. Quod quantum horum
dictum extra rationem ſit, nemo non intelligit, quum nihil ali-
ud coctio & cruditas apud medicum non importet, quám hu-
morem habere ſubſtantiæ modum, quo expulſioni paratus ſit;
Quum autem mediocris ſubſtantiæ modus expulſioni longe pa-
ratior ſit quàm qui in extremis compręhenſus ſit, quo nam pacto
unquam credere poterimus Galenum in aliquo extremorum mino
rationem a principio admiſiſſe, in mediocribus uero negaſſe? ſi di
ligenti ſtudio ſolertiori ue conſilio uſus fuerit. Dicant quęſo iu-
dicioſi, præſertim quum cruda ipſa ab aptitudine euacuationis
omnino remota ſint, non cruda uero ab ipſis extremis minus
diſtantia expulſioni quidem naturam magis paratam, vel ſal-
tem minus rebellem habeant. Niſi fortaſis ex oppoſita ſecta
aliquis ignarus humores præ nimia tenuitate peccantes crudos
non eſſe dixerit. Sed de hoc infra difuſius dicemus, oſtende-
musque illos nullo pacto ductiles exiſtere, quamuis Galeno
(neſcio quo ſpiritu ducto) uisũ fuerit commentario cuius titulus.
Quos euacuare opporteat, quod huiuſmodi tenues nulla expecta-
ta coctione euacuare poſſimus. A quo Galeni loco Raſis accipere
facile id potuit, nimiaq; illius fretus authoritate rem hanc adauxit,
ſibiq; pénas ad volãdũ ſubnexit, Sicq; uolatu ad Auicenę aures per
uenit, qui non vltra arabicos limites pro tunc egrediens, ipsũ dũta-
xat Raſim accriter increpauit, ſibiq; audacter contradixit. Supona-
mus itaq; in pręſentia tanquàm in futurum probaturi, quòd qui
adeo tenues ſunt humores, nimirum crudi ſunt, & nullo mo-
do ante eorum coctionem euacuatione tentandi ſunt in principio,
pro quo crimine Arabũ princeps Auicenna, quarti libri ſui pri-
ma

ma inquit, non auſcultes uirum dicentem humores nimium ſubtiles non digerendos prius ante euacuationem.

Quòd autem huiuſmodi opinio erronea exiſtat, ex multis patere hercle poteſt, primo nanque Hippocrati in libro de ſuccis & hic in aphoriſmo xxii. primæ ſectionis à nobis expoſito quanuis una & eadem ibi & hic ſit ſententia, quinimmo rectius à libro de ſuccis petenda ſit, ſecundum Galenum inibi in commento, manifeſte contradicit, præcipit enim Hipp. eo loci magno edicto, humores crudos nullo euacuationis genere à medico prorſus euacuandos ſed prius coquendos eſſe, ſecus enim noxius humor non euacuabitur ſano ſanguini miſcebitur, uirtus imbecillis fiet, & æger in diſcrimen ducetur, hæc autem lex nedum apud Auicennæ ſectam floruit, eadem quarti libri prima, & primi quarta ad unguem recitans uerba, ſed apud Galenum eiusq́; ſectatores mirum in modum excreuit, atque fermè inutiles emiſit radices, quum eorum nonnulli præter rationem dixerint, ne dum crudos non euacuandos quinimmo & non crudos nullo pacto in principio mouendos eſſe contra quos (ni fallor) ualide per nos hactenus pugnatum eſt cruditatem aũt Gal. ſuum inſequẽs magiſtrũ Hippo. ex tribus eſſe multis in locis declarauit, ſed libro de conſtitutione Ar. med. ad duo potiſsimũ referre uiſus eſt ſcilicet aut ad nimiã craſsitiẽ, aut nimiam tenuitatem docet craſſa pro eorum concoctione attenuanda eſſe, tenuuia uero in craſſanda, de lentis incidendis ibi haud aliter uerba faciens atqui ſi Galenus eo ſentiret modo tenuuia uidelicet ſine concoctione ſtatim euacuanda eſſe non ne & ſibi ipſe contradiceret. Verum id ſummopere cauendum eſt dicere Galenum ibi de incraſſatione tenuis prò nutritione faciente loquutum fuiſſe ſic nanque de eo quod ad illum non ſpectat locum ſermonem haberet id uero quod quàm maxime pertineret, oſcitanter omiſiſſet, eo nanque capite xix. de præcuſtoditiua, quam alioquin præſeruatiuam dicunt pertractat, & quoniam corpora ab ea quam a natura aſſequuta ſunt conſiſtentiam (ut dicit) deficere poſſunt aut per multitudinem aut per cachochimiam quæ in corporis mole ſubnuatur indeq́; aliquod obſtrui uiſcus contingat, quumq́; manifeſtum ſit in ſanis omnia inculpata eſſe, in ægris uero omnia culpata relinquitur quod quæ in medio fuerint medio quoq; ſe habere debeant modo. Addens quod huiuſmodi homines ſic ſanitatem in ſimulantes per uarias eis ſuperuenientes affectiones ut capitis dolores, tumores, macies inappetentias & reliqua id genus ſeſe indicant di-

citq́;

citq; iis occurrendum eſſe cum corrigentibus & in uniuerſum & ſecundum partem ut quæ a curſu naturæ alterata ſunt mox per contrarium rectificata ad id quod fuerant ſecundum naturam redeãt, eo autem id agit opere, quo ſuperfluum euacuatur, & calidum infrigidatur & frigidum calefiat quam hercle ſententiam ex aphoriſmo xxii. ſecundæ collegit ſuperfluum uero cum phlobotomia obtruncat, ſi humores in quanto ſuperabundauerint, ſi uero humorum aliquis ut colericus ſuperexcreuerit hunc purgatione ducendum præcipit, quem ſane biliosum humorem capite xvi. eiuſdem commentarii improbum & naturæ plurimum aduerſum uocauit, inquiens colericus quippe humor male morigeratus & corroſiuus eſt de difficili digeſtibilis, & uix expurgabilis hæc Galenus, pro quo non parum admiror unde ii extraxerint uiri Galenum corpora uitioſis humoribus repleta ne in morbos cadant euacuatione & alteratione præcuſtodientem quæ ſane euacuatio fieri non poteſt niſi craſſum attenuando & tenue incraſſando de concoctione nutritioni ſeruienti uerba facere. Profecto iſthæc eſſe fugientium uerba clare oſtenditur, quum re uera ut ſuperius diximus duæ adſint cõcoctiones una quæ ad alimenti rationem ſpectat per quam in uiuente deperditum reparari poſſit, altera uero quæ ad facilem ac promptam humorum euacuationem pertinet, primæ quidem conſideratio ad philoſophum prorſus attinet, ſiue ad medicum quatenus philoſophus exiſtit, de qua plane Ariſtoteles quarto de mixtis diſſeruit, in qua V. G. uentriculi calor innatus qui ſibi eſt proprius cum externo ſimul influxo aliorum membrorum alimentum primũ diſcipat, a quo ita in calido & humido poſito ueluti in elixatione contingit eius excrementicias partes ſecernit, bono deinde ſucco atque utili in ſtomacho retento & externo calore abeunte tanquam ſuo functo munere natiuus ac proprius reliquum illud poſt modũ placide concoquit, atque id quod præ humiditate nimis tenue relictum fuerit, pro ſuæ facultatis officio, quadam tenus inſpiſſat, atque incraſſat, cuius craſſitiei oppoſitum nempe tenuitas non iniuria cruditas eſt uocanda quum non adeo craſſam (ut oportet) ſed tenuiorem ſubſtantiam habeat qua hercle de cauſa praua illa ſeminalis fluctio homines frequenter inuadit, quam Ariſt. primo de animal. generatione confecto illi albo ex aqua & calce aſſimilauit, in quo ſi plus aquæ quàm neceſſarium fuerit inſit dilutumq; nimis extiterit parietibus non adherens mox dilabitur, cuius uerba in huc ſe habent modum Conſtat colliquationem quoque ſe-

mina-

minaria ubi accidit, excrementum eſſe, quod uitium euenit, quum
reſoluitur quod acceſſerit quomodo quum protinus decidit quod
tectorii operis modo illitum fuerit &c. Sicut ergo concoctum il-
lud uocatur in huiuſmodi concoctionis genere, quod eius ſpiſſa
aut bene commixta ſubſtantia membris adhæret, ita contra eius
oppoſitum quod non coheret ſed decidit crudum appellatur, ra-
tionemq; oppoſitam ſubſtantiæ illius habet, de altera uero coctio-
ne medicus nimirum tanquam de proprio eius inſtrumento, con-
ſiderat, ut ſcilicet morbus qui præſens eſt diſcutiatur aut qui futu-
rus eſt præcaueatur, uerum id facere nequit, niſi qui prius inco-
ctus fuerat humor concoquatur, eamq; debitam adipiſcatur ſub-
ſtantiam, quam adequatio requirit, nempè quum ſic perfectam co-
ctionem adeptus fuerit tunc niſi natura prius excernat medicari
ipſum oportet, ſi uero non perfecte ſed ſecundum partem & ſe-
cundum quid coctus fuerit. quo tempore non crudus dicendus
eſt, tunc mouere ipſum debet ſed non medicari ac eum funditus
tollere, quòd ſi ſic, quo nam igitur pacto Galenus hoc in loco
morbum præcauere uolens per uitiorum humorum remotionem,
aut cum phlobotomia, aut cum purgatione, ut corpus ad id
quod ſecundum naturam prius fuerat redeat, hoc autem niſi in-
ſpiſſando craſſandoúe tenue, aut craſſum attenuando efficiat, ut
ſub iis uerbis dicit Galenus, uidelicet communiter utraque dige-
rendo, ipſe, inquam ipſe, de ea coctione quæ ad nutritionem per-
tinet loqui credetur? Quod ſi ex gratia adhuc condonemus ip-
ſum de concoctione quæ ad nutritionem pertinet uerba facere ſi
de tenui in quo non niſi incraſſatio conuenit, ut metheor. quar-
to habitum eſt uerificabitur, in eodem coctionis genere de craſſo
quod attenuari debeat ſaltem uerificari non poterit, ſanè coctio
quæ in nocitiuis fit, ut in morborum curationibus ab ea quidem
differt, quæ in iuuatiuis puta in nutritione inducitur, quem ad
modum & harum proprii fines inter ſe diſſident, ueluti etiam ſu-
perius diximus nutritionis enim ſcopus eſt, aduenticium aliquod
corpori apponere, iccirco omne id genus craſſando procedit, ſicut
contra curationis finis eſt aliquod corpori iam oppoſitum per cu-
iuſdam metaphoræ modum ab eo ſeparare uelle, at hoc coctionis
genus non una quippè fieri poteſt modo, ſicut in eo oppoſitum
puta crudum non una etiam reperitur ſemita niſi quis fortasſis
ſomnians aut mente fluctuans dicere uellet, id diuiſionis mem-

brum puta tenuis incraſſationem, ad nutritionis coctionem pertinere, craſsi uero attenuationem, ad eam duntaxat ſpectare, quæ curationi attineret, id quod eſſet ad illud riſorium redire, quod unus erat laicus, & alter Paduanus. Proinde rationabiliter loquentes dicimus, nos Galenum hic Hippocratis methodis probè imbutum de coctione ad medicum tantum ſpectante uerba facere, quæ æque in incraſſatione tenuis conſiſtit, quem ad modum in attenuatione craſsi. Eapropter illud dixit uerbum communiter utraque digerendo, quod ſi alibi ſecus dicat, & faciat quàm hoc ſit, nec dictum dicto, nec factum dicto correſpondet, non igitur iniuria a me dictum fuit hanc ſanè opinionem mihi Erroneam uideri, ſi rationi, ſi Hippocrati & ſi denique ſibi ipſi aduerſetur. Quam ob rem ſarcinulas colligentes, concoctum ſiue digeſtum in hoc medici opere illud eſſe dicemus, quòd pro eius ſubſtantiæ modo expultricis uirtutis conueniens fuerit obiectum illud autem uniuerſa medicorum ſchola expreſsit, quòd non nimis tenue, nec nimis craſſum, aut lentum extiterit, ergo crudum certè erit quod hos exibit limites, quo fiet, ut ſicut coctum ad expulſionem facit, ita crudum ei contrarium expulſioni reluctabitur, & non ei tantum quam natura efficere conatur, ſed & illi etiam quam medicus parat, nam planè quo pacto aliquod contrarium erit, niſi contrariam habuerit diffinitionem? Alioquin contrariorum non una eſſet ſcientia atque diſciplina quæ unius eſt generis partes contrarias ſubiectiuas ac earum paſsiones conſiderans. Præterea ſi contrarium datur unum per craſsitiem, quod expultrici uirtuti obſtare debeat, quo nam pacto natura patietur quo minus aliud quoque contrariorum detur per tenuitatem quod non minus expulſioni obſiſtat, quoniam profecto quod uni contrariorum conuenit aut repugnat per ſuperioris naturam & alteri conuenit, & repugnat, nimirum plures hic depræhenduntur errores non in dialectica tantum, ſed in philoſophia ac medica facultate, cur enim abſurdum alicui uideri non debeat, ſi aliquod reperiatur obiectum quod præ craſsitie a uirtute expelli non poſsit? Quo minus & alterum dari neceſſum ſit? Quod præ tenuitate ab eadem ſecerni nequeat, quem ad modum Ariſtoteles octauo phiſicorum de Vola manus in proiectorum motibus exemplificat, quæ paruum ſanè lapidem, cui non apte

applicatur

applicatur expellere haud ualet,grandiuſculũ uero quàm maxime
nempè nullus eſt qui ignoret,quòd unicuiq; uirtuti ſuũ congruũ
atque decens correſpondet obiectum, circa quod recte operatur,
quòd ſi contra ineptum fuerit, uel planè in eum non operatur, aut
quidem improbè, hoc nimirum ſuperius in alio concoctionis gene
re abunde declarauimus, quam ſanè rem in hoc etiam alio conco-
ctionis genere,quod ad curationem pertinet intelligendam eſſe cẽ
ſeo, tam quò ad eam quæ attrahit, & eam quæ concoquit facul-
tatem, quàm etiam ad eam quæ continet, & illam quæ expellit,
nempè niſi iis omnibus proportionatum conueniensq; offeratur
obiectum per eas hercle inſtitutum nequaquam obtineri poterit,
ſi nanque de contentiua loquamur ipſa,nimirum ſi conueniens non
habuerit obiectũ,utpote ꝙ præ nimia tenuitate peccauerint ſuo
nõ fungetur munere ut in perpetua lachrymaꝝ effuſione,quaꝝ ma
teria quum ab eius facultate uinciri non poſſit,effluit quidem,neq;
cohiberi poteſt, niſi quo uſque craſſando concoquatur,ſimiliter ubi
& id præ eius nimia mole eandem ſuperabit,ab eo in quo erit deci
det, aliudq; deinde aggredietur membrum,quem planè defluxum
non expultricis opus atque ab ea prouentum,ſed grauitatis expul
ſionem potius Auicenna placito ſuo appellare uoluit. Quòd ſi igi
tur cæteris omnibus uirtutibus a natura inditum ſit determinatũ
expetere obiectum in quod agere debeat, quum profecto non
quodlibet in quodlibet, ſed determinatum in determinatum ex na
turæ inſtituto agere debeat, ut magno uiſum eſt Ariſtoteli, phi-
ſicorum primo,proinde nec in quolibet magnum,nec in quodlibet
minimum agi poteſt, quum omnium planè magnitudinis paruita-
tis & augumenti præfinita determinataq; omnino ratio exiſtat,
ut ſecundo de anima declaratũ eſt, quòd ſi inquam in ſingulis om-
nibus aliis uirtutibus hoc per manifeſtum ſit, ut in attractiua,con
tentiua,& digeſtiua iis ita ſe ordine habentibus, cur & expultrix
uis non ſuo prorio & conuenienti indigebit obiecto? Circa quod
mera facultate a proprio ſiquidem eius temperamento frigido at-
que humido(ut aiunt)iuſtitiali proueniente ſuisq; aliis concurren
tibus neceſſariis inſtrumentis ut uillis, debitaq; caloris & ſpirituũ
menſuræ agere habeat, non autem eo quòd præ tenuitate ab ipſa
effluat,ut aqua quæ a manu expelli non dicitur,ſed dilabi,aut alia
ex cauſa decidit,non quòd ab ea uirtute niſu proprio expellatur,
quinimmo nulla uirtute regente ſed qua graue potius decidat,
quod a me hic duntaxat dictum eſt, ut plenius diuerſitatem ope-

ris expultricis uirtutis oſtenderem, declararemq́; quod ſi ea uirtus ut ſuum obedire poſsit munus pluribus indigeat, obiecto potiſ-
ſimum limitato, atque conuenienti idq́; ſanè ratio naturalis di-
ctet cuique Hippoc. non aduerſatur ſed potius perſuadeat non ſatis hercle admirari ualeo quòd huiuſmodi reperiantur ho-
mines qui tam ſanctæ ueritati reluctari audeant, præterea quam credibile eſt Auicennam qui in aliis contradicendo authoribus tam modeſtus, tamq́; conſideratus ſemper fuit (ut grauisſimus ſummaq́; philoſophica uirtute præditus Galeno & Raſi uiris illuſtri-
bus etiam in hominũ perniciem temere aduerſari uoluiſſet.) Nempè non niſi forti rationali've ſtimulo ad hoc peruenit, eapropter ſapienter & magno cum conſilio dixit, quo error eſt abſque conco-
ctione in calido & in frigido euacuare, quanuis error in calido minor quàm in frigido ſit (error tamen eſt) id quod in corpore humano facere non debemus, quod præ eius excellenti temperatura, magnaq́; eius nobilitate etiam minimum non tollerat peccatũ, ut aphoriſmorum prima dicit Galenus, eapropter cum Auicenna rectè ſentiente dicamus quòd etiam ubi in corpore humores te-
nues ſint atque crudi in morborum principiis prius coquendi ſunt, quam mouendi, nec medendi, & quoniam tenuitas humoribus tum per calidum tum per frigidum aduenire poteſt, in utro-
que idem affirmamus de tenuibus per calidum primum differen-
tes nempè quum præ nimia caliditate ferme in uaporem conuerſi fuerint in poriſq́; latitauerint, tunc utique a corpore diuelli haud poſſunt. Quum nec ab attractiua trahi poſſint minuſq́; ab expultrice facultate expelli queant ut aliquando (licet raro) nobis uidiſſe contigit in acutis præſertim inflammatis febribus quòd pharma-
co in quantitate conuenienti uirtutiſq́; ſufficientia exhibito nihil prorſus confectum fuit, ueluti in eximio legum Doctore Ioan. Franciſco Scaramucino cui tribus exhibitis ex ſoluentibus phar-
macis per Magnificum & eximium noſtri uenerandi collegii in præſentiarum priorem Eleonorum Elobium nullumq́; eorum quicquam operatum fuiſſet, tunc me oportunè ſuperueniente caſum inuicem diligenti habito conſilio diſcusſimus, atq; unanimis uotis ad largisſimum aquæ fontis potum tandem deuenimus, ex quo xii. copioſisſimis alui deiectionibus probè euacuatus fuit, indeq́; ad ſanitatẽ modico interiecto tẽpore perductus in iis nanq; adeo extremè per calidũ tenuibus, nimirũ frigidũ concoquit, atq; expellit, hac ratione humores qui æſtate abundant, non de facili per aluum, quum

de na-

de natura flauæ bilis exiſtant, quale genus ut ſuperius diximus ſecundum Galenum eo loci in de conſti.art.med. capite xvi. corroſiuum ac indigeſtibile atque in expurgabile exiſtit, iccirco humores ita calidi atque ſubtiliati non de facili per inferius cedunt, tanquam ad ſuperiora leuigantes, iuxta illud quartæ ſectionis aphoriſmorum uidelicet æſtate quidem ſuperiora &c. Niſi igitur ii inflammati ſubtiliati've frigidis medelis præparentur coquanturq́ nequaquam educi poſſunt, quòd ſi hoc coctioni ſimpliciter exterminorum proprietate repugnare uideatur, non ei tamen coctioni aduerſatur quam lata uoce medicus intendit, ut ſcilicet humor expultrici uirtuti ut obiectum conueniens paretur ſic deinde per aluum per urinam, per ſudores diſcutitur, hinc patet error dicentium, cur Peponum ſemina in febribus in tam frequenti uſu tradita urinam prouocant atque ſudores impellunt. Dicunt autē hoc non ſine admiratione exiſtere. Quum prouocatio omnis eorum ſententia a caliditate ueniat, principesq́ authores adducunt Auicennam potisſimum qui capite de aqua intercute longā prouocantium ſeriem exponit, quorum ſanè omnia caliditate participant huius uero particularis effectus cauſam dicunt eſſe, nempè huiuſmodi ratione corporis prouocare in quo caliditatem aliquam latitare aſſerunt, quam obrem cum cortice ſemper adminiſtranda fore conſulunt id quod (ni fallor) uanisſimum eſt, quum licet in cortice aliqua exiſtat caliditas, ea duntaxat eſt, quæ eius mixturæ inſeruit, non autem quæ ſibi operandi munus per calidū uendicet, quinimmo ſi qua euidens foret potius (ut arbitror) impediret quoniam re uera in calidis tenue, per frigidum craſſatur, quinimmo contingit aliquod calidum a frigido magis ac citius craſſari quàm eo frigidius, qua rarione aqua quæ a piſcatoribus baculum figentibus calefit, ipſa congelatur, ſed quæ circunſtat non calefacta minime, ſicut contta craſſum frigiditatis ratione per calida quippè attenuatur, quem ad modum ab Ariſtotele quarto de mixtis receptum eſt. Hac etiam ratione in huiuſmodi calidis humoribus tam qui uiolatus, quàm qui ex nenuphare ſyrupus efficitur, & hordei aqua uel quæ ex fonte ſcaturit eundem effectum operantur, ſed in huiuſmodi calidis quæ prouocantia calida forent ita omnino ſuo fruſtarentur fine, ſicut & frigida in prouocatione frigidorum eorum inſtitutum nunquam atttingerent, eapropter hac in re non una quidem ac eadem prouocandi ratio exiſtit, ideo non parum decepti illi fuerunt uiri.

Verum quæ ex oppoſita cauſa tenuuia exiſtunt, puta ex frigiditate incrudante & attenuante non minus & coquenda, craſſanda quæ ſunt, ſicut in catharro tenui ſubtili qui præ nimia tenuitate haud expelli poteſt, niſi debite inſpiſſetur, craſſeturq́;. Hic Galenica claſsis inquit, tale crudum ea de cauſa haud expelli, poſſe, non propter uirtutem, ſed propter aerem, quoniam in iis quæ per pulmonem maxime eiiciuntur, natura ipſo aere utitur, quia tamen aer ſubtilem humorem prætermittit, detractatq́; iccirco expelli nō poteſt, ego ſanè non ſum neſcius, naturā ipſam ſuis in multis actionibus aere uti, tanquam inſtrumento, quoniam Ariſt. in libro de motibus animalium eam dicit ſpiritu uti, ſiue aere cui apodiatur, eapropter in cōmentariis de animalium generatione inquit, ſelularias mulieres cum difficultate parere quoniam, ex ſuperfluo earum ocio multa circa pulmonem excrementa redundant, proinde non niſi aeris modicum concipere ualent, cui poſtmodum uirtus ad nixum faciendum male ſe apodiat, quam obrem non niſi imbecillis prouenit expulſio, ergo aer hic in expulſione, ut inſtrumentum tantum, uirtus uero ipſa, ut principale agens concurrit. Quid igitur hic aerem accuſare oportet? Vbi humor culpandus ſit. Sic nanque propter eius tenuitatem nec uirtuti, nec aeri obediret, ergo propter hunc ſubſtantiæ modum crudus eſt, atque expultricis uirtutis actionem ſubterfugit, quod nos enixe probare intendebamus. Quumq́; eius coctio non niſi penes incraſſationem per calidum conſiſtat, ſicut in calidis per frigidum monſtrauimus, cur Galenus & Raſ. rem andeo ſenſatam negare poſſunt? niſi inaduertenter loquantur.

Hæ ut puto fuere Auicennæ apud doctos authoritate ſpoliati rationes, quæ ſanè illum mouerunt, minime autem contradicendi ſtudium, tanta nanque in eo (quòd uiderim) non depræhenſa eſt inanis gloria, neque hic proficit, id quod aduerſantes ex ſenſu oſtēdere nituntur, utpote quòd ſubtiles ſine concoctione humores in dies euacuari uideamus, dico nanque quòd illi qui ſic euacuantur concoctionis alicuius expertes omnino non ſunt, ideo minime crudi, ſed non crudi dicendi ſunt, quoniam crudi nullo pacto euacuatione tangi debent, ex quo ſine illis famigeratis incommodis, ei non conſentiunt, quum autem aliqui ſine prædictis cum facilitate educantur, nimirum coctionis alicuius compotes exiſtunt, itaq; iſthæc tam craſſum quàm tenue in ſuarum latitudinum proportionalibus punctis aſſumpta, neutra hercle ſine concoctione euacuanda ſunt.

Quoniam

Quoniam contraria ſunt, uniuſq; genericæ naturæ prorſus exiſtunt, ideo quod uni eorum conuenit per ſuperioris naturam alteri quoq; conuenire debet, conueniunt autem ambo, quod ad extremum ſui ſuperioris deuenerint, proinde ſic imperio uirtutis expultricis male uel omnino educi non poſſunt, uel mira cum conturbatione euelluntur, ſi modo ii aliquibus ſecus eſſe uideantur, id iccirco eſt, quoniam tenue non capiunt in eius latitudine, ſicut craſſum in ſua accipitur, cum qua ipſum per corpus a uirtute duci nequit, ſi nanque tenuitas terminos non haberet, in infinitum abiret, quod quantum naturæ odioſum ſit, manifeſtum eſt.

Pro uerisſima igitur concluſione tenendum tam extreme tenuia, quàm extreme craſſa. Cruda dici. Neque a principio cum medicamentis tentanda eſſe, ſed prius coqui debere ſi uero citra hæc fuerint, qua nempè ſemita humores ii qui nobis frequenter occurrunt, incedunt, minorandi omnino ſunt. Quod ſi dicatur, maiores hos noſtros duces quas (ni fallor) rectè expoſuimus, hoc uel raro, uel nunquam feciſſe, utpote qui ſe in hoc medendi genere non ita præcipitauerint, quem ad modum uiſus eſt Auicenna, dico hoc in temporum inopiam referendum eſſe, quum ueteres ipſi non niſi calida deſolata ac naturæ horribilia, cognouerint pharmaca, quo planè tempore medica iſthæc facultas & inops, & rudis, ac nimium ſilueſtris dici poterat, ut Apollinis Aeſculapii & Podalirii, & Machaonis, & Pithagoræ ſeculis. Quibus deinde ſuccesſit Democritus, qua tempeſtate ſurrexit Hippoc. cui non paruo interiecto tempore annis ſubobſcurè fluentibus celſus emicuit, qui ſanè non modica eius induſtria medicam hanc facultatem (licet male polito, rudiq; aratro) excoluit, floruit deinde Galenus pergamenus qui tam & ſi ipſam auxerit, aliquáve ex parte exornauerit, non ei tamen omnem ruſticitatis labem abſtulit. Quibus iis omnibus fœliciori quodam fato Auicenna ſuperueniẽs, eam ſacris philoſophiæ propugnaculis minuit, diuinis penè deinde ſubſidiis, locupletauit, atque perbellè eandem uenuſtauit, hac igitur de cauſa nil mirum, ſi in inflammatis & peracutis morbis ſuis familiaribus medicamentis raro uterentur, quum potius mirum ſit, cur non ſemper ab eis ſe abdicauerint? A quibus hercle nos ne dum in non crudis, ſed in coctis, & probè maturis toto hoc noſtro æuo (quantum datum fuit) abſtinuimus. At quòd modo nobilibus conſolatis & naturæ gratis renuntiare debeamus hac potisſimum ratione, quòd Hipp. & Galenus iſta non dixerint, mi-

nuſq́; fecerint,dicimus quòd patres ii noſtri illud ſummum dixe-
runt, feceruntq́;, quod ſua expetebant tempora, hinc laudes,& ho
nores,atque Annua eis ſacra conferenda ſunt., hoc attamen non ſa
cit ut maiori accedente arti perfectione huiuſmodi bonum tam
grande negligere debeamus, nempè ſic hercle eſſet rurſus ad ino-
pem,rudem, inornatumq́; cultum omnino eam reducere uelle,
PRO' NEPHAS tot ſtudiis, tot ſublimibus ſpeculatio-
nibus, tot experimentis comprobatis derogare, uanum illud pror
ſus excogitando,quod Galeni dictis nihil amplius addi poſſit,quũ
multa tamen poſt eius tempora in anathome comperta fuerint.No
ui inſuper acceſſerint morbi, quorum ipſe nec ueteres alii (ex iis
quos nouimus) nullum penitus habuerunt ſenſum (& ut ſequens
eſt)nullam etiam intellectionem,quoniam(ut inquit)philoſophus
nihil in intellectu eſſe poteſt, quin & id prius in ſenſu fuerit, quot
deinde medicamenta iis detecta fuere ſeculis, quorum ipſi ignari
omnino extiterunt, quum tamen mira cum celebritate extollenda
ſint, quæ præter hæc quòd DEI GLORIOSI mu-
nificentia naturæq́; parentis liberalitate fœliciumq́; ingeniorum ſo
lertia atque elegantia ſaluberrimum afferunt iuuamentum guſtui
ac ſenſibus ferè omnibus grata exiſtunt ſicut contra apud eoſdem
authores non niſi modica & horribilia ac quaſi longe cognata co-
lubris uigebant medicamenta, quibus ſi noſtro hoc ſæculo fortaſ-
ſis uti neceſſarium ſit huiuſmodi hæc diuina ars quæ in melius con
tinue proceſſit omnium ferè nunc gnara, ac probè docta ad ſuaues
adeò miſcellas reduxit, ut naturæ non amplius ingrata ſint ſed
eis placidè conſentiat. Fœliciſſimumq́; inde conſpiciatur opus mo
do quis tam deorum ac naturæ diuinorumq́; hominũ ſpretor adeo
præcioſa conſultoq́; inuenta, in ciſternam proiicienda eſſe hac ra-
tione contẽdet quòd Hipp. nec Galenus iſthæc non nouerint. Non
ne iudicioſe uir de hac Galenica hereſi unus, magnum hoc tuæ opi
nionis uidetur crimen? Quod ſi ſic, & crimine ab iſto diſce alia.

Nos igitur uſque huc perducti ſumus. Vidimus nanque pri-
mum pro utraque parte urgentes rationes demum Auicennæ do-
ctrinam undequaque examinauimus. Monuimusq́; quàm bene ea
ex Hippocratis uiſceribus exorta ſit, ſi eius uerba probè intellecta
fuerint, quæ nimirum hactenus(ni decipior)ab expoſitoribus per
peram intellecta extiterunt Galenum excipiendo,qui tam & ſi per
optime interpretatus fuerit, eius tamen uerba alibi ſparſa conten-
tioſis latam bellandi præbuerunt materiam. Quæ ueritatem de-
inde

inde obſcurarunt, atque inuoluerunt, poſtremo litem illam quam Auicenna cum Galeno & Raſi habet de euacuatione ſtatim facienda in humoribus tenuitate peccantibus pro noſtrarum imbecillium uirium facultate examinauimus, proinde iam ad finem properamus. Poſtquam enunciata quædam in hoc negocio per diuiſionem collecta enumerauerimus, quam lineis in calce ponemus.

¶ Primum ex præcedentibus ſubſequens enunciatum eſt, quo͛d humores in extremo exiſtentes qui alioquin crudi dicuntur (quæcunque illa ſit cruditas) minorandi non ſunt ſed coquendi ac blandiendi donec ad humoris naturam quæ uirtuti expultrici obediat reuertantur, ut per corpus duci ac fluere apti ſint, ſecus nanque illa ſequuntur inconuenientia, quæ Hipp. prædixit, & cæteri conſenſere authores.

Aliud deinde enunciatum, quo͛d in morbis a materiebus communiter euenientibus non quietis ſed furioſis Minorandū non eſt ſed huiuſmodi morbi medicamento eradicandi ſunt.

Item & aliud eſt, quo͛d in morbis a materiebus communiter euenientibus & in quibus leuia ſunt accidentia iuxta præcedentis uitæ regimen ubi per ætatis temperaturæq́ perfectionem medicus confidat naturam ex ſe ſolam uicturam Minorandum non eſt, quum regiminis bonitas ſatis eſſe poſſit. Inſuper & aliud eſt in quo tota rei uis conſiſtit. Videlicet quo͛d in morbo a materiebus communiter euenientibus & quietis facto ubi medicus præ earum multitudine habita præcedentis uictus ratione & reliquorum quę conſideranda ſunt, naturam ex ſe ipſa non ſufficere aut non niſi in longo tempore opinaretur. Dico quo͛d ad ipſius rei tutelam & morbi decurtationem, Minorandum eſt, nam quum (ut dicit Galenus) medicus naturæ ſit miniſter quin & eius adiutor ut dicit Auicenna. Ad ea igitur ipſe tenetur quæ ipſam alleuiant, & adiuuant. Sed hoc facit per Minorationem, ut dicit Galenus in commento expoſito, ergo ea omnino molienda eſt. In hoc autem enunciato neque Galenus nec Auicenna (quod uideam) diſcordant in de ſumpto iudicio, quod Auicenna aduerſas contra eum rationes obieciſſet, nulloq́ pacto hac in re cum ſilentio pertranſiuiſſet. Addamus etiam Minorationem ipſam quam Auicenna admittit, duobus inſignibus fieri poſſe modis, ſanguinis ſcilicet miſſione & nonnunquam medicamento, modo ut in commento patet Galenus ad Minorandum. utrunq́ genus admittit ergo ii authores inter ſe maxime conueniunt, niſi contentionis amatores rem claram conturbarent

barent, confunderentq́; tantam hercle utilitatem ex Minoratione in
morbi principio contingere per uenæ ſectionem aliquando ſenti
mus, ut eadem in hora ſanitatem induci uideamus id quod Auicen
na capite de Apoplexia teſtatur, quinimmo prima ſui quarti libri
inquit, quòd aliquando uenæ ſectio, & ſi neceſſaria non ſit facien
da tamen eſt, quoniam materiam efficit paucam, & naturam for⸗
tem ſupra reſiduum, ſi uero Minoratio per medicamentum efficia
tur, quot homines eius actione ſola perfectè ſanatos uidimus, pro
fecto ii qui noſtris & alienis auſpiciis ſanati fuere adnumerari
uix poſſunt, quòd ſi ex toto ea morbum non tollit, ad minus ea bre⸗
uem reddit, ſecus enim putare morbi cauſam minui & non mor⸗
bum morionis eſt, quis enim niſi inſanus adduci poteſt, ut morbi
cauſa minuatur, & non morbus? Quod ſi quis pertinax hoc ne⸗
gabit, res ad ſenſatum ducatur exemplum, quum præ nimia ſarci
na grauatum pondere quodam forte animal humi procubuerit,
nunquam uerberibus cæſus reſurget, ſed ponderis parte ſublata
confeſtim ſe attollet: nimirum hoc nemo negabit, niſi perfidio⸗
ſus, & contentionis amator, quem ego ſanè libenter interrogaue⸗
rim, cur nam adeo eliminanda ſit iſthæc opera, quum primum ab
Hippocrate diſſeminata fuerit, & a Galeno in commento rectifica
ta, mox ab Auicenna tam ſapienter exculta. Aut forte quia uirtu⸗
tis læſio, timenda ſit, & hoc non, quia in principio morbus leuis eſt
& omnes ad numerandi caſus leuiores ſunt, ut in xxx. aphoriſmo
ſecundæ dicit Galenus, quæ quum fortis in principio ſit, euacua⸗
tionis laborem ſuſtinere poterit, minusq́; pro iſto dicendum eſt
quia in principio non tota ſit quærenda morbi materia. At pur
gatiuum pharmacum lenientis uires tranſcendens, ſi non totam ra
pit materiam, ad minus uniuerſam commouet atque conturbat.
Hoc planè dici non poteſt, quia per pharmacum a Manardo mon
ſtratum ex caſſia cum tertia diaſſiniconis parte aut per conſimile
ad extrema corporis non penetratur, minusq́; conturbatur. Sed ut
dicit Galenus reliquum melius concoquitur, quam uiam Manar⸗
dus ut dicit per annos 48. ſanctam inuenit, Ioan. ab Aquila pre⸗
clarus mihi præceptor noſtri æui ſplendor, Hieronymus a Turre,
Veronenſis. Bartholomæus Iunior Montagnana. Calcerandus Hi
ſpanus, uiri omnes admodum Illuſtres annis. 50. ſic ſemper pro⸗
ſpere feciſſe intrepide aiebant, ego quoque diuinos hos meos ma
giſtros inſequens continue ſic operatus fœlicem quidem nauigatio
nem adinueni, nil igitur aliud ei dicere ſupererit, niſi quod uete⸗

res

res n on ſic expreſſa de ea uerba fecere ueluti Auicenna quum potiſſimum dicat, Hipp. in peracutis paſſionibus raro & in principiis pharmacis uti ac huius diuerſitatis cauſam abunde narrauimus, pares nanque nobiſcum habuere animos, ſed ad exequendum ex dictis nobis impares extitere, & hic noſtri libelli ſit finis ad Dei Maximi & Optimi laudem, iam ad diuiſionis deſcriptionem manum conuertamus.

FINIS.

Morbi materia

- Monſtrũcruda ꝑ tenue
  - Per calidum
  - Per frigidum
    - Nõ mouenda ſed prius coquẽda
      - Contradictio
        - Galenus.
        - Raſis.
        - Auicenna.
- Secundum naturã & communiter ueniens
  - Inqeta furioſa nõ mouẽda ſed medẽda ſeu eradicãda
    - Nulla contradictio.
  - Quieta
    - Modica & leuia accidẽtia
      - Non minoranda ſed ſolo uitæ regimin[e] tractanda.
    - Multa & accidẽtia fortia
      - Minoranda
        - Conueniũt
          - Hipp.
          - Galenus.
          - Auicenna.
- Monſtrum cruda per craſſum
  - Tantum uiſcoſum
    - Nõ mouẽda ſed coquẽda
      - Nulla contradictio.

LVDOVICVS PANIZZA AD STVdioſum Lectorem Bene agere.

Non te pigeat(quiſquis fueris)lector humaniſſime & tuos hic pauxillum oculos commorari,enim uero ingratum haud quippiam te denique legiſſe ſenties ſiquidem (noſtro expleto hoc commentariolo)ipſumq́ licet pertrepide in mortalium conſpectum prodire iam maturaret, eiq́ non niſi prælum ſubire reliquum foret, en cunctarum ex cunctarum urbium capite Roma . quas ad me doctiſſimas literas præclarus philoſophus grauiſſimus medicus Andreas Turinus Piſcienſis dedit, opportune ſuperuenerunt. Quo ſane uiro Ætas iſthæc noſtræ ne dum ſuperbit ſed plurimum gloriari, ac ſeſe antiquis illis diuinis ſæculis conferre ualet. cuiusq́ hercle. ex ope maximus hic inter Maximos PONTIFEX noſter PAVLVS III. Sacratiſſimam nauim a ſuperis probè cõmiſſam tot tremendis immaniſſimisq́ procellis agitatam quaſſatamq́ (ei corporis ſalute præſtita)illæſam ſtrenuiter ſeruare potuit. Quã & nonnullos adhuc(ut ſpero)annos deducet. Id quod pro uniuerſi cuſtodia omnium ille opifex ſummus glorioſiſſimus uelit. Has etenim quum iis quæ modo ſcripſimus adminiculantes ſint plurimumq́ faueant tum(ut ex libro compertum fuit in alteram noſtrarum rationum forte fortuna inciderint)perinde ac ſi inter nos unus fuerit animus atq́ una uoluntas,tum quòd eius authoritas ne dum penes me,ſed penes doctos & me me longe maiores non iniuria quidem per magna exiſtat potiſſimum iis de cauſis connectere uiſum fuit. Quæ modo ſequuntur hæ illæ exiſtunt.

ANDREAS THVRINVS PISCIENSIS
D. ſanctisſimi Pauli III. Pontficis medicus ed philo=ſophus Ludouico Panizzæ. S. D.

q

Væ nunc ædidiſti commentaria uir clarisſime quàm
primum ad me miſeris eadẽ attento ſpiritu ſummoq;
cum ſtudio cõtemplabor illud præſertim de euacua
tione quam Minorationem ferunt quod a te inſcri=
ptum eſt. In quo eam per initia morborum pro la=
borantium maxima tutela faciendam eſſe contendis. huiuſmodi
nanque omiſſa, quæ utique ad coquendum ſiue (ut aiunt) ad digerẽ
dum expediunt perperam ualentibus moleſtisſime officiunt quip=
pe ſi ad aperiendos poros meatusq; detergendos calida fuerint ad
id longe plus attrahunt quàm ab eis quicquam auertant illosq; ſic
magis obſtruunt, quàm reſeratos efficiant ſin frigida oppilatio=
nes amplius adaugent. Item uirtus ipſa tanquam rector principa
leq; digerens (hac præmiſſa Minoratione) ſupra reliquum ualen=
tior reddita citius ſatuisq; conficiet quæ hercle omnia Hippocratis
ſententia quam xxix. Secundæ ſectionis traddidit apertisſime indi
cata fuerunt quæ plane dicit quum morbi incohant ſi quid uidetur
mouendum moue. In qua profecto uerborum ſerie illud penden=
dum eſt uidelicet ſi quid. Eo quo Galenus iii. de rat. uic. in acu. fa=
cit modo textu illo. Porro & ſiticuloſa minus &c. inquiens quibus
uis huiuſmodi uox. ſi quid: adiiciatur paucitatem ſemper ſignificat.
Non ſunt autem auſcultandi nulla qui prorſus ratione adducti Hip
pocratem de turgentibus inibi intelligere perperam autumant. Ab
ſurdum nanque eſt. Quum & ubi multitudo & plectoria interſit
huiuſmodi Minoratiua euacuatio molienda ſit & hoc late Galenus
in commento expresſit inquiens, nonnunquam uero purgatio, quã
quidem ob rem tu mi Ludouice ueriorem meapte ſententia legiſti
partem. Hos itaque ignaros temerarios ambitioſosq; retundas, at=
que deterreas. Qui (glorioſi quum ſint atque admodum uentoſi)
leuisſimas magis eorum met diligunt opiniones quàm hominum
quas in dies perdunt uitas illius duntaxat Aram colere aſſueti cu=
ius hercle fumus ſine prunis omnino exultabat (cæteris prudentia
ac ſapientia præſtantioribus quiq; amplioribus dignitatibus ac
præmiis honeſtati illuſtratiq; fuere. Deſpectis.) Vale.

Errrata ſic corrigito.

Folio.1.a.linea.16.ibi quæ humorum & non humor. li.24.maiorum & non maior.fol.eodem b.li.15.poſſibilia non paſſibilia. li.26.Hippocrates non Hippocratis.fol.2.a. li.9. morbus & non morbis.li.18.quum & non quam.li.34. Hippocrates non Hippocratis.fol.3.a.li.1.ſi & non is.li.26.furioſitas & non furcoſitas.li.37 Hippocrates & non Hippocratis.li.23.xxix. non xxx. li.30. Hippocrates non Hippocratis.fol.4.li.17.Hippocrates non Hippocratis.li.28.Hippocrates & nõ Hippocratis.fol.5.in fine gloſa iudicioſi non giudicioſi.fol.eodem.b.li.23.deficit,ad,arte uerba.i.primã rationem,ſic quod deberet ita ſtare ad primam rationem.fol.7.li.37 ibi parcãt hic mihi docti deficit indiciũ perenteſis( ).fol.eodem.b. li.22.difficultate & non difficultati.eodem li.Quod & nõ ꝙ.li.31. deficit Galenũ non obſeruat nec ipſius utitur uerbis:ubi dicebat tantum uerbis reliquum deficiebat.li.39.Hippocrates & non Hippocratis.fol.8.a.li.4.faciens & non facies.li.36.ſuperueniens & nõ ſa perueniens.fol.eodem.b.li.3.meraci nõ merati.li.11.quare tũ, & nõ quaretum.fol.9.b.li.4.His & non Hi.li.6.diafiniconis & nõ diaficonis.li.21.Hippocrates & nõ Hippocratis.li.24.deficit hoc uerbum die, quia debet dicere in quinto die.li.39.Hippocrates & non Hippocratis.fol.10.b.li.19.Hippocrates & nõ Hippocratis.li.20 deficit te, nam debet dicere quia à te.Crudus.li.29 Hippocrates & non Hippocratis.fol.11.a.li.7.Hippocrates &non Hippocratis.li. 23.quàm & non quam.li.34.deficit amiſerint quia debet dicere humoris naturam amiſerint.eadem.li.Hippocrates & non Hippocratis.fol.eodem b.li.3.Hippocrates non Hippocratis.li.14. habet & non habent.li.21.humoribus & nõ humoribas.li.26.leniter & nõ leuiter.li.36.tunc & non tum.fol.12.a.li.22.Hippocrates & non Hippocratis.li.26.Hippocrates & non Hippocratis.li.35.Hippocrates & non Hippocratis.fol.eodem b.li.5.Hippocrates nõ Hippocratis.eadem li.uerbo & non uero.eadem li.& in & non ſiue,quia deberet dicere in coctis & in non crudis.li.9.à uaſis & non a iraſis li.28.Hippocrates non Hippocratis.li.33. Hippocrates.fol.eodẽ. a.li.13.ſuperfluunt duæ primæ lineæ uidelicet ibi medicus &c.li.32. pertractat.fol.eodem.b.li.5. ſuperfluit eſt.li.18. Hippocrates.fol. 15.li.25.tangentes .fol.eodẽ b.li.8.tollendam.li.19.ualui. fol.19. a.li.1.ſeminariam.fol.b.li.2.obire.li.12. quod.fol.21.a.li.20.corticis fol.eodem.b.li.25.Rem adeo & non Remandeo.